25. VIII. kal. Ulricus pbr. et m. n. c. Dyetmarus l. Christannus l. Ob. d. Nicolaus abb. Mellicensis[1]) et p. eius Sairingner una nocte a. (14)25.

26. VII. kal. Wichkhardus pbr. et m. (Wil)halmus[g]) l. Fr. Ambrosius pbr. et m. de Lambaco. Iohannes pbr. et m. de Fornbach. D. Petrus abb. Goetwicensis.[2]) D. Laurencius abb. Goetwicensis[3]), prius h. m. prelatus, et fr. Gregorius pbr.[b]) prof. de S. Dorothea.

27. VI. kal. Waltherus, Engelbertus, cv^{i} n. c. Chunradus l. Fr. Wolfgangus subdyac. prof. in Melico et fr. Eberhardus pbr. et m. de Gottwico.

---

a) *Sequitur locus rasus parvus.* b) prespiter *cod.* c) *Corrige:* Wolfgangus. d) *Cod.* e) *Praecedit nota erasa.* f) *Corrige:* Wolframus *vel* Wolfgangus. g) Wil *supplevi.*

1) *1418—1425.* 2) *Petrus II. de S. Hippolyto 1402—1431.* 3) *Laurentius Gruber 1468—1481.*

28. V. kal. Hainricus pbr. et m. n. c. Lewtoldus cv. n. c. Chunradus fr. n. Anna l^{a}. D. Thomas de Veytrach, qui dedit huic mon^{io} librum 'Katholikon' et alios, qui in prima pagina eiusdem sunt signati. Helena m^{lis} de Gotwico. Ob. d. Thomas pleb. Alath.

29. IV. kal. Ulricus m. n. c. Perchta l^{a} et fr. Cristannus pbr. et m. de S. Cruce. Mag. Muentz m. et pbr. de S. Cruce. Georgius m.

30. III. kal. Wolfgerus l. Fr. Oswaldus cv. in Newburga. Dorothea cv^{a} mon^{ii} sm^{lium} in Newburga Claustrali et fr. Marcus cv. ad Scotos Wyenne.

31. II. kal. Fr. Walthasar dyac. prof. in Tegernsee. Fr. Wolfgangus pbr. et m. in S. Cruce. Fr. Thomas m. de Melico. Seyfridus fr. n. c.

NECROLOGIUM FRATRUM MINORUM OBSERVANTIUM PROVINCIAE AUSTRIACAE.

Ex necrologio fratrum Minorum s. Francisci regulam professorum observantiae strictioris, quam s. Iohannes Capistranus in provinciam Austriacam introduxit, notas tantum nonnullas necrologicas annalium modo descriptas vir clarissimus ac memoria dignus P. Placidus Herzog (Cosmographia Austriaco-Franciscana seu exacta provinciae Austriae ordinis Minorum s. Francisci strictioris observantiae) memoriae tradidit, qui operi suo omni laude digno sequentia inseruit capita: elenchus superiorum provinciae Austriae ab anno 1452 (eodem loco p. 85 sqq.), de religiosis virtute, pietate et sanctitatis opinione insignibus (p. 97 sqq.), nomina defunctorum quorundam fratrum vel ex gesto in saeculo vel sepulturae loco (p. 118 sqq.), de viris scientia, doctrina aut arte conspicuis (p. 131 sqq.), concionatores apostolici caesarei (p. 144 sqq.), confessores regum (p. 145 sqq.), fratres in S. Theobaldo sepulti (p. 182 sqq.), fratres in S. Ruperto sepulti (p. 185 sqq.), fratres ex S. Ruperto ad S. Nicolaum transiti, sepulti eo loco (p. 187 sqq.), fratres in conventu ad S. Trinitatem Lengbaci sepulti (p. 489 sqq.), fratres in conventu Feldsbergensi sepulti (p. 610 sqq.).

Qui auctor cum catalogi cuiusdam vetustioris defunctorum eiusdem provinciae mentionem facit, quem saec. 18. adhuc se vidisse et ex quo notas memoria tantummodo digniores se deprompsisse asseverat (cf. eodem loco p. 182), hunc catalogum, quem reperire prorsus nequivimus, aut neutiquam superesse aut omnino latere censemus. Quare auctoris illius notas memoratas, cum quibus annales necrologici in conventu fratrum Minorum regulam s. Francisci professorum observantiae strictioris Vindobonensi his exstantes temporibus sane quam discrepant, ad Austriae eiusdem ordinis coenobia spectantes maxima transscriptas cura litteris minutis hic iterum curavimus excudendas. Cf. 'Neues Archiv' XXXV, 730.

Nomina defunctorum quorundam fr^{um} vel ex gesto in saeculo munere vel sepulturae loco (etiam extra provinciam) vel aliunde memoria digniorum ex provinciae necrologiis potissimum adnotatorum:

Rev. p. Michael Siculus a s. Capistrano ad S. Theobaldum primus nov^{iorum} mag. constitutus, dein guardianus, postea saepius provinciae Hungariae vic., ibidem religiosissimae suae vitae diem ultimum clausit.

Rev. fr. Archangelus a Gorlizio, purus ac devotus cler., a. 1451 a s. Capistrano tertius ad ordinem susceptus, moritur et sepelitur Claustroneoburgi.

Ven^{lis} p. Bernardinus de Praga, olim pbr. saecularis, in religione ferventissimus praedicator, ob. in Hungaria.

Venlis p. Ioannes Prussus, optimus scriptor, qui pro loco Viennensi duo gradualia conscripsit, ultra 60 volumina vero in Italia, praesertim provincia Bononia, ubi et defunctus est.

Venlis p. Augustinus de Weitstorff, licentiatus iuris utriusque, in religione optimus sac., moritur in Italia.

Venlis p. Calixtus de Neuberga, ad Terram Sanctam cum admodum revo pe Christophoro Varisiensi, s. Capistrani in erigenda provincia Austriaca adiutore, peregrinus, ibidem peste extinguitur.

Venlis p. Raphael de Gorlizio, eximius praedicator et exemplaris religiositatis, qui cum ex capitulo in Paradyso[1] Austriae celebrato ad suum guardianatum Wratislaviensem rediret, Olomucii moritur.

Rev. p. Henricus Landshutanus ad ordinem a s. Capistrano susceptus, subin revmi di pis Gabrielis Veronensis (s. Capistrani coadiutoris egregii), epi Agriensis, cap. et confessor gratissimus, moritur Agriae.

Rev. p. Marcus de Basilea, lector peritissimus, ut conventualis ad preces sacrae caesareae maiestatis Friderici III. ad ordinem receptus, ob. Graecii ad S. Leonhardum.[2]

Rev. p. Clemens de Dietmaria nobilis, Lippsiensis mag., magnae scientiae et litteraturae, aliquoties tum Viennae, tum Brunae guardianus, mortuus Brunae in Moravia.

Venlis p. Leonardus de Wels, guardianus Iudenburgi[3], dum ad capitulum generale proficisceretur, Venetiis ob.

Venlis p. Franciscus de Wellstein, vir nobilis, strenuus in saeculo mil. ac inter curiales Ladislai regis non infimae reputationis, in religione, humilitate ac caeteris virtutibus praestantissimus, ab haereticis, dum locum Pragensem susciperet, multa opprobria patienter perpessus, ubi post bene absolutum guardianatus officium peste sublatus migravit ad dum.

Venlis p. Hieronymus de Wratislavia, bonus praedicator et pictoriae artis summe gnarus, ob Wratislaviae.

Fr. Rogerius Brunensis, l. devotissimus ac animi inperturbabilis, coquus antea Viennensis ad S. Theobaldum, mortuus Brunae.

Venles pes Urbanus Mellicensis et Thimoteus de Hungaria (nescitur: ubi, a quibus et ob quam causam?) ab impiis sunt interfecti.

Venlis p. Ioannes Ratisponensis in saeculo pbr., in ordine devotissimus praedicator et guardianus, ob. 1459.

Venlis p. Angelus de Oerling, saepius guardianus, aptus ad multos bonos labores et voluntarius ad laborandum pro communi bono, ob. ad S. Radegundem.[4]

Venlis p. Laurentius Baadensis, qua pbr. saecularis ordinem ingressus, perdevotus cum alacritate dei servus, ob. ad S. Radegundem.

Fr. Ruffinus Haeug, in loco Baadensi antea hospes plurimis gratus, ob. ad S. Hippolytum[5] a. 1476.

Fr. Vitus de Gaebliz, olim coquus s. Ioannis a Capistrano, moritur Viennae a. 1484.

Fr. Ioannes Biberschneider, civ. Hippolytanus, 80 annis natus ordinem ingressus est, pro ampliando no Hippolytensi loco plures aediculas obtinuit, demum 103 annorum senex ad S. Hippolytum moritur a. 1488.

Venlis p. Alexius Nusdorffensis, sac. provectae aetatis religionem ingressus, Egenburgi[6] vita defunctus est a. 1488.

Fr. Wolffgangus de Wels, cler. antehac conventualis, ob. Viennae a. 1489.

Venlis p. Ioannes de Gmuend, sac. aliquando in Terram Sanctam peregrinus, singularis s. paupertatis amator ac optimus confessor, ob. in Rudolphswert[7] a. 1490.

Fr. Michael de Lusatia, cler., diac., lumine oculorum orbatus, tum pro fratrum, tum pro horti necessitate Noviburgae[8] se hauriendis aquis spontanee addixit usque ad mortem, ibi ob. a. 1491.

Fr. Georgius Stachel l., olim s. Capistrani socius, in instauratione provinciae pro quiete locorum multa, dum potuit, apud sedem apostolicam obtinuit, in senectute bona moritur ad S. Hippolytum a. 1494.

Fr. Thomas Egenburgensis, l. ex loco Paradysi in Silva Viennensi nivibus obrutus, ob. a. 1495.

---

[1]) *Hoc claustrum fratrum Minorum ad b. virginem in Paradyso in media Silva Vindobonensi situm provinciae studium litterarum et tirocinium recepit, quod VI. kal. Oct. a. 1529 Turci Solimanno duce Vindobonam obsidentes solo aequarunt.* [2]) *Claustrum ad S. Leonhardum fratrum Minorum extra Graecii civitatis muros in Styria a. 1463 Friderico III. imperatore et Burchardo archiepiscopo Salisburgensi annuentibus aedificari coeptum est.* [3]) *Claustrum s. Iohannis Baptistae Iudenburgi in Styria iam a s. Iohanne Capistrano fundatum erat.* [4]) *Hoc coenobium in Katzelsdorf Austr. Inf. situm erat.* [5]) *Claustrum hoc ss. Maximiliano et Bernardino dedicatum iam s. Capistrano adhuc vivente fundatum erat.* [6]) *Claustrum hoc s. Mariae de Candelariis Eggenburgi dedicatum fratres Minores circa a. 1460 obtinuisse videntur.* [7]) *In claustro s. Leonhardo dedicato.* [8]) *Claustroneoburgae Austr. Inf.*

Fr. Gallus l. vindemiarum tempore ex conventu Lancovicensi[1]) collectorem agens moritur in Marpurg a. 1496.

Venlis p. Otto de Prussia, devotissimus sac., mortuus est in Wippach et sepultus in Reussenberg a. 1497.

Fr. Philippus de Sclavonia l. a Turcis per 12 annos in vinculis custoditus ob. Egenburgae a. 1500.

Venlis p. Angelus de Ingolstatt, aliquando philosophiae et medicinae doctor, moritur in Pupping[2]) a. 1502.

Venlis p. Cherubinus de Saxonia, venerabilis senectutis sac., regularis observantiae singularis zelator et unus e primis a so Capistrano Viennae ad ordinem receptis, vita defunctus ad Sam Radegundem a. 1503.

Venlis p. Leonardus de Schoenstein, sac. olim conventualis, moritur Graecii ad Sum Leonardum a. 1504.

Venlis p. Michael Labacensis, pbr. et cap. olim rev. di de Raeuber, ob. in Rudolphswert a. 1505.

Rev. p. Angelus de Prussia, saepius Viennae guardianus, etiam peregrinus in Ierusalem, unus ex primis fribus, moritur vir venerandae senectutis ad Sam Radegundem a. 1508.

Venlis p. Ambrosius de Tullna, sac. provectissimae aetatis et vivente s. Capistrano susceptus, a. 1508.

Fr. Zacharias cler. sub incendio ad summum altare confugiens a flamma absumitur in Paradiso a. 1509.

Rev. p. Adamus, sacrae theologiae doctor, apud pes conventuales Franciscanum rigidius institutum etsi iam senex amplexus vitam finit laudabilem Viennae[3]) a. 1509.

Venlis p. Udalricus Iudenburgensis, devotissimus praecipue in recitanda corona b. v(irginis) M(ariae), ob. Viennae a. 1510.

Venlis p. Antonius de Hartperg, pbr. saecularis admodum doctus, saepe guardianus, ob. ad Sam Radegundem a. 1510.

Venlis p. Paulus de Weiden, praedicator ferventissimus, post eius obitum magnus super eum concursus et planctus super exequias, ob. Schwazii[4]) a. 1511.

Rev. p. Martinus de Franconia, religiosis moribus ac devotionis gratia praecipuus, unus de primis fribus, vitae regularis zelator et multoties corrector mensae, 76. aetatis anno moritur Viennae a. 1513.

Fr. Tiburcius de Prussia l., unus etiam de primis fribus, laboriosus, pacificus, devotus, completis annis 78 moritur a. 1513.

Venlis p. Udalricus, sac. valde senex, unus de primis fribus a s. Capistrano susceptis, moritur Iudenburgi a. 1515.

Venlis p. Sylvester de Muelldorff, dum qua noviter ordinatus vicarius ad conventum Fridaviensem[5]) pergeret, per flumen Murr descendens naufragio periit a. 1517.

Venlis p. Ludovicus, iuvenis sac., qua bonus praedicator e conventu Puppingano ad praedicandum missus in oppido Matthausen infirmatur, moritur et in ecclesia parochiali ibidem sepelitur a. 1518.

Venlis p. Franciscus de Gorlicia in reformatione loci Bulsanensis qua conventualis praedicator ad nos transiit, ob. Viennae a. 1518.

Venles pes Patritius et Bernardinus Schwazensis, ambo in saeculo pbri.

Venlis p. Nicolaus a Carinthia ab ecclesiae Graecensis testudine deorsum cadens extinctus est a. 1519.

Venlis p. Georgius Keppel, fil. potentissimi civ. Viennensis, ignorantibus parentibus religionem ingressus, multis annis praedicator, etiam guardianus fuit, ob. Viennae a. 1521.

Venlis p. Petrus Laahensis, antequam religionem ingrederetur, conventualis prof., ob. Noviburgae a. 1521.

Rev. p. Benedictus Dalmatinus, qui fuit commissarius Bohemiae et redeundo ad Italiam moritur Iudenburgi a. 1522, unus de doctioribus ordinis.

Venlis p. Mathias de Vienna venit ad nos ut conventualis, moritur in Rudolphswert a. 1523.

Fr. Balthasar de Praunecken, cler. antea conventualis, ob. Schwazii a. 1523.

Venlis p. Andreas, antea conventualis, praedicator, confessor et religiosus bonus, ob. Noviburgi a. 1528.

Venlis p. Conradus de Herbipoli, olim conventualis, bonus procurator, moritur ad Sam Radegundem a. 1530.

Venlis p. Iodocus de Norimberga, prius conventualis, ob. in Schwaz a. 1532.

Venlis p. Hippolytus Campodunensis, vir zelosus, ad Terram Sanctam profectus ob. Tridenti a. 1533.

Rev. p. Casparus de Khrembs, in saeculo Freystadii nobilis ac dives dec., moritur Puppingae a. 1533.

---

[1]) *Claustrum hoc s. Mariae de Gratiis Lancovizii in Styria dedicatum est.* [2]) *Coenobium s. Wolfgangi epi Puppingae in Austra Superiore a. 1476 aedificari coeptum anno sequente fratribus Minoribus sollemniter traditum est.* [3]) *In coenobio ss. Theobaldo et Bernhardino dedicato et a. 1451 fratribus Minoribus a Friderico III. tradito.* [4]) *In claustro s. Francisco Seraphico dedicato et a. 1507 fundato.* [5]) *Claustrum Fridaviae in Carinthia a. 1495 fundatum erat.*

Elenchus omnium superiorum provinciae Austriae, vic^{iorum} et min^{rorum} provincialium, a suis primordiis seu ab a. 1452.a)

Primus igitur a. 1452 vic. provinciae Viennae a s^{o} Capistrano electus rev. p. Gabriel de Verona.

A. 1453 praeside s. Capistrano Wratislaviae electus provinciae vic. rev. p. Christophorus a Varisio.

A. 1454 eodem s. praeside iterum Wratislaviae reelectus rev. p. Gabriel de Verona.

A. 1457 Brunae electus est rev. p. Bernardinus de Ingolstatt, celeberrimus verbi dei praeco, ob. Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum a. 1486.

A. 1459 Loysii ad S^{um} Bernardinum in capitulo provinciali iterum electus rev. p. Gabriel de Verona.

A. 1462 extra Iamnizium ad S^{um} Vitum in provincialem vic^{ium} electus est rev. p. Bonaventura de Bavaria.

A. 1464 in Paradyso ad B. Virginem et S^{um} Laur(entium) tertio reelectus est rev. p. Gabriel de Verona, subin post episcopatum Albanensem et Agriensem s. R(omanae) e(cclesiae) cardinalis, moritur Romae a. 1486.

A. 1465 Viennae praeside p^{e} Marco de Bononia vic^{io} generali electus est rev. p. Iacobus de Maiori Glogovia.

A. 1467 Cracoviae in Polonia praeside rev^{o} p^{e} Petro a Neapoli (a quo authoritate Pauli papae II. et ex commissione rev^{mi} p^{is} Ioan[nis] Baptistae de Levanto provinciae divisio facta) in vic^{ium} Austriae secundo electus est admodum rev. p. Bonaventura de Bavaria, ob. Viennae ut guardianus a. 1476.

Sequentes ex provinciae defunctorum catalogo notantur:

Rev. p. Angelus de Kirchschlag ob praeclara sua merita iterato in vic^{ium} provinciae assumptus moritur Viennae extra muros ad S^{um} Theobaldum a. 1488.

Rev. p. Andreas de Leuben, provinciae superior, vir integerrimae vitae, praecipuus Franciscanae paupertatis et humilitatis cultor, vixit centum annis et mortuus est Viennae a. 1494.

Rev. p. Alexander de Posonio, vir eximiae scientiae et dexteritatis, fidei catholicae indefessus zelator, Hussitarum perpetuus impugnator, fuit bis vic. provinciae et Labaci 1) mortuus a. 1496.

Rev. p. Archangelus de Weitrach ob maximam regendi dexteritatem tertio in superiorem provinciae electus eam per decem annos laudabilissime rexit, ob. a. 1518.

Rev. p. Christophorus de Monachio, vic. prov(incialis), mortuus a. 1519.

Rev. p. Georgius de Amberga, vir magni consilii, itidem superior provinciae, ob. a. 1534.

De religiosis virtute, pietate et sanctitatis opinione insignibus:

Ven^{lis} p. Hilarius a Kirchschlag, qui dum b. virginis eximius cultor esset et sacrarum litterarum dogmata profundius penetraret, ita proficue cum apostolico praedicationis munere et perpetuo animarum lucro religiosam modestiam, virtutis studium, vitae rigorem coniunxit, ut passim de eo s^{i} clamores et aestimationes ac famosae pietatis operationes divulgarentur. Erat unus de primis lapidibus angularibus provinciae, demum hilari agone, cum laetus operum suorum supremum iudicem et remuneratorem sustineret, occubuit Puppingae, iuxta pulpitum in choro sepultus, a. 1483.

Ven^{lis} p. Michael de Septem Castris, eruditione et gratia praedicationis clarissimus, post plurima sibi coram deo et hominibus comparata merita mortis suae praesagus ad recipiendam mercedem aeternam ad caelos evolavit Lancovitii a. 1483.

Ven^{lis} p. Franciscus de Landshut, ob integerrimam vitam et devotam alacritatem morumque exemplaritatem ab eminentissimo p^{e} Gabriele cardinali et ep^{o} Agriensi (quondam s^{i} Capistrani in erigenda provincia Austriaca coadiutore egregio) in confessarium et sacellanum assumptus, aetate et meritis plenus, caelo nascitur Agriae a. 1486.

Ven^{lis} p. Gregorius de Weidhoffen, zelosissimus praedicator, animarum venator, altissimae paupertatis amator, vir exemplarissimae vitae, optimae conscientiae ac perfectae obedientiae, Viennae a. 1493.

Ven^{lis} p. Andreas de Leuben, vir pietate et doctrina clarissimus, unus de primis et electis huius provinciae lapidibus angularibus, spiritui orationis semper intentus, post provinciae divisionem vic., omnes conventus Austriae pedester invisit ubique paupertatis et humilitatis vestigia relinquens, post

---

a) *Annotavit Herzog:* Quare nomina superiorum, qui post divisionem provinciae usque ad mox dictum a. 1516 gubernavere, eo tantum ordine, quem antiquior fr^{um} defunctorum catalogus exprimit, dare possumus.

1) *Coenobium s. Mariae in coelos assumptae dedicatum Labaci in Carniola circa a. 1490 aere comitum de Auersberg aedificatum et fratribus Minoribus traditum est.*

miraculosam decem dierum abstinentiam ab omni alimento (etiam in extrema sua infirmitate) in suavi crucifixi amplexu pientissime in domino ob Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum a. 1494. Eius memoriam agit martyrologium ordinis die 13. Octobris.

Ven^{lis} p. Archangelus de Aspang, vitae innocentia, paupertatis studio, orationis frequentia maxime conspicuus. Hunc aliquando in conventu Paradysiaco orationi vacantem daemon sub specie equi in ipsum prosilientis ab oratione deterrere et impedire conatus est, ast elevatus in deum mente astus maligni tentatoris egregie elusit. Probus hic omni enitens virtute sac. nec carnibus nec piscibus vesci solitus suscepta ad Portiunculanas aedes pia peregrinatione Camerini mortuus est a. 1496, in vita nec unquam aut ridere aut irasci visus, et post obitum pulchrior facie, quam antea apparuit. Recolit eius memoriam martyrologium ordinis die 24. Novembris.

Ven^{lis} p. Bonaventura de Laa, sanguine clarus et aliquando cathedralis ecclesiae Neapoli [1]) Austriae officialis, amore austerioris vitae amplexandae strictiorem s. Francisci regulae observantiam professus, zelosissimum verbum dei praeconem egit ac omni in loco magnae perfectionis, virtutis ac probitatis vestigia reliquit. Per pientissimam mortem ad sempiternam retributionem vocatur Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum a. 1502.

Ven^{lis} p. Benedictus a Carinthia, nobilibus parentibus natus, in laboribus pro salute animarum assiduus, conversationis exemplaritate, vitae et morum integritate ac ardentissima verbi dei praedicatione, cunctis denique religiosi hominis virtutibus mire resplenduit. Cum aliis Christianis a Turcis et barbaris aliquando in miseram captivitatem abductus plurima opprobria et crebriora verbera patientissime pro Christi nomine longiori tempore sustinuit. Solutis demum vinculis liber ad confratres suos regressus beatissimo fine quievit Egenburgi ad B. Virginem de Candelariis a. 1506.

Ven^{lis} p. Christophorus de Monachio, magnificus verbi dei praeco, doctor egregius, mag. Vienn. et olim provinciae vic. ac in asceseos perfectione facile primus, hinc tanta contemplationis gratia pollebat, ut ob dulcedinis fructum, quem ad intra sentiebat, omnes utriusque sexus homines meditandi methodum edocendi indefessum semper impenderit conatum. Sancto fine quievit Perusii qua commissarius vic^{ii} provinciae Austriae a. 1519. Hic suscepit locum Schwazensem et reformator fuit conventus Bozoniensis.

Ven^{lis} p. Ambrosius a Tulna, unus ex primis sociis s^{i} Ioannis a Capistrano, cuius sanctitatem et magna apud deum merita indigitant miracula ad eius sepulchrum mire patrata, moritur a. 1508. De eo martyrologium ordinis die 24. Martii.

Ven^{lis} p. Prosper de Mysna, de primis a s^{o} Capistrano susceptis fratribus sac. religiosissimus aetatem physicam coram deo et hominibus meritis plenam ultra centum protrahens annos. Qua non obstante numquam chorum neglexit nec unquam officium in stallis, sed extra illa sine ulla appodiatione in choro dicere solitus ad maximam omnium exemplaritatem. Quiescit Feldspergae [2]), ubi beatissime ob. a. 1518.

Rev. fr. Archangelus de Braunecken, optimae spei clericus, sanctae innocentiae speculum, dum ultima ipsi vitae dies immineret, omnino laetus et totus exultabundus in d^{o} obdormivit Loysii.[3])

Ven^{lis} p. Bernardinus de Enzerstorff, p. omni virtutis zelo, pietate, doctrina et eloquentia praeditus, etsi aliis omnibus bonus, sibi tamen suoque corpori rigidissimus, quoniam in omnibus membris suis mortificationem Iesu circumferebat, ut suo exemplo vita Iesu in omnium hominum manifestaretur cordibus. Piissime ob. Loysii a. 1520.

Rev. fr. Bartholomaeus de Nuernberga, l. morum gravitate et exemplaritate insignis, nunquam ridere visus est ac rarissime loqui, omnibus fr^{ibus}, praecipue valetudinariis et graviter infirmis, quorum curam plurimis annis Viennae gesserat, apprime charitativus, ob. a. 1520.

Ven^{lis} p. Ioannes Baptista de Franconia, vir simplex et rectus, omni gratus homini, strictioris regulae observantia et vitae austeritate singularissimus, non absque specialis probitatis indiciis diem clausit ultimum Viennae a. 1525.

Ven^{lis} p. Bernardinus de Oeringen, in spiritu devotionis et orationis perfectissime exercitatus, coelitum venator praecipuus, pro animabus purgandis[a]) orator ad deum diu noctuque indefessus, per unicum necdum effluxum annum, ut ei revelatum, plura millia liberans e piacularibus flammis, pervetustus character[b]) 53000 exprimit. Quiescit Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum, ob. a. 1525.

Ven^{lis} p. Victorinus de Nova Civitate, praedicator et confessor gratissimus, gratiam inter alias specialem sibi petiit a d^{o}, ut nimirum laudes deo decantare possit usque in finem vitae suae, qua

---

[a]) *Herzog scripsit:* purgantibus. [b]) *Auctor dubius addit:* nisi calami error sit.

[1]) *Wiener-Neustadt.* [2]) *Claustrum s. Michaeli archangelo Feldsbergae dedicatum iam circa a. 1454 fratres Minores inhabitarunt.* [3]) *Coenobium s. Bernhardino Senensi dedicatum in Langenlois circa annos 1451—1455 primordia sua cepisse fertur.*

minime est frustratus; nam postquam matutino decantando et psalendo cum reliquis fr^{ibus} interesset, absolutis in choro laudibus ad cellulam redux mox mori incepit et sine suorum confratrum multo gravamine, prout petiit, vita beate functus est Graecii a. 1527.

Ven^{lis} p. Medardus de Kuerchen, vir grandis eruditionis et scientiae, Graecae et Hebraicae linguae gnarus, regis Ferdinandi concionator aulicus, haeresum oppugnator acerrimus, a Luthericolis verbis et scriptis saepius palmam retulit, sanctitatis fama apud omnem plebem celebris, ob. Enzerstorffii [1]) a. 1533. Habetur in martyrologio ordinis die 9. Februarii.

Ven^{lis} p. Casparus de Khrembs, quondam Freystadii nobilis dec., divitiis affluens, propter deum omnia relinquens humile seraphici Francisci institutum amplexus est. Hic ob doctrinae excellentiam, ingenii perspicuitatem, vitae integritatem ter in min^{rum} Austriae assumptus plurimis pro dei gloria animarum salute et provinciae emolumento exantlatis laboribus in sancta pace quiescit Puppingae a. 1533.

Rev. fr. Bartholomaeus de Tachau, cler. mundissimae conscientiae, donis gratiae et naturae mire ditatus, Bononiam studiorum causa missus, ibidem ridendo, dum alii ipsi assistentes lachrymarentur, expiravit a. 1519.

Concionatores apostolici, caesarei, regii, item et theologi etc.:

Rev. p. Benedictus de Carinthia, nobili genere natus, concionator apostolicus, eximius lucrandarum animarum zelotes omnique populo acceptissimus, a Turcis captus durissima quaeque pro Christi nomine libenter toleravit, piorum eleemosyna redemptus, demum in conventu Egenburgensi beato fine quievit a. 1506.

Rep. p. Theobaldus de Geisling, praedicator celebris, ab omni populo ob ingentem lucrandarum animarum zelum nuncupatus Austriae apostolus. Dum a. 1520 die 16. Ianuarii non sine sanctitatis opinione supremum obiisset diem Viennae ad S^{um} Theobaldum, eius funus plurimi saeculares collachrymantes comitati sunt, et quia bis mille et plures sermones Viennae habuit, merito concionatoris apostolici titulum obtinuit.

Rev. p. Medardus van Kirchen, mirae eruditionis vir, Graeci Hebraicique idiomatis apprime gnarus, regis Ferdinandi per octennium concionator aulicus, gliscentis Lutheranae sectae oppugnator acerrimus, magna sanctitatis fama celebris, ob. Enstorffii [a]) a. 1533.

Confessores regum, archiducum etc.:

Rev. p. Andreas, serenissimae Beatricis reginae Hungariae confessarius, profundissimus Scotista, vir maximae perfectionis. Regina ob eximiam eius venerationem, dum Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum plenus dierum supremam egisset diem, ante aram s^{i} Theobaldi magnifico cum apparatu ei iusta fieri, dein corpus duplici thecae impositum in Hungariam secum deferri ac honorifice ibidem condi iussit a. 1489.

Fr^{es} in coenobio s. Theobaldi extra muros Vindobonae mortui et sepulti:

In ita diruto ac demolito s^{i} Theobaldi loco [2]) ducentorum et trium fr^{um} (praeter ense barbaro peremptos) ossa et cineres requiescunt. Ex his memoria digniores provinciae vetustior defunctorum catalogus ita recenset:

Rev. p. Bonaventura de Bavaria, praedicator ferventissimus, tam populo quam clero acceptissimus, ex primis provinciae fr^{ibus} et primus post divisionem provinciae vic., ob. ut actualis guardianus a. 1467.

P. Clemens de Franconia, cantor bonus.

P. Gervasius de Bavaria, ligator librorum.

Fr. Vitus de Gaebliz l., coquus b. p^{is} Capistrani, a. 1485.

Rev. p. Bernardinus de Ingolstatt, excellentissimae doctrinae et praedicator celeberrimus, fuit ex primis fr^{ibus} et aliquando vic. provinciae, mortuus est inter praedicandum circa medium quadragesimae a. 1486.

P. Marcellus de Libera Civitate, sac. purus, simplex et rectus.

Rev. p. Angelus de Kirchschlag ex primis fr^{ibus}, columna provinciae, saepius vic. eiusdem, a. 1488.

---

a) *Corrige:* Enzerstorffii.

1) *Claustrum s. Mariae Magdalenae in Enzersdorf sub arce Lichtenstein situm dedicatum a. 1454 fratribus Minoribus traditum est.* 2) *Coenobium a. 1529 ab Ottomanis dirutum est, quare fratres Minores illud mense Septembri eiusdem anni deserere coacti sunt.*

P. Dominicus virtute silentii et oratione singulariter praeditus a. 1489.

Fr. Urbanus l. exemplarissimae vitae et magnae charitatis a. 1492.

P. Clemens de Amberga praedicator, vir magnae humilitatis.

P. Gregorius de Weidhoffen, zelator altissimae paupertatis, a. 1493.

Rev. p. Andreas de Leubs, vir centum annorum, devotionis et orationis gratia singulariter clarus, unus de primis electis lapidibus angularibus provinciae, a. 1494.

Fr. Marcus de Silesia l., coquus maximae devotionis et paupertatis.

P. Raphael de Silesia devotus, prius can. regularis ad Sum Dorotheam.

P. Bernardinus Prandstoetter, mag. artium et noviorum, a. 1500.

P. Bernardinus de Mistlbach, mag. et baccalaureus theologiae, praedicator bonus et guardianus, a. 1502.

P. Ambrosius de Tulna, unus de primis fribus.

P. Adamus, se theologiae doctor, qui antea fuit conventualis, a. 1509.

P. Bernardinus, olim commissarius provinciae si Francisci, a. 1510.

P. Udalricus de Iudenburg, discretus ad capitulum, singularis devotionis, praecipue in corona b. virginis.

P. Martinus de Franconia, specialis devotus et regularis observantiae zelator, venlis senex et unus de primis fribus, a. 1513.

P. Tiburtius de Prussia, unus ex primis fribus.

P. Ioannes de Vienna, mag. artium, vir promptissimae obedientiae, sepultus in sacello si Theobaldi.

P. Casparus de Leubniz, in iure peritus, fuit saepius guardianus.

P. Wenceslaus de Bruna, devotissimus unus ex primis fribus.

Rev. p. Archangelus de Weitrach, vir in omni scientia clarus, per decem annos provinciam rexit, senio confectus diem clausit extremum in sabbato et sepultus est ante altare maius a. 1518.

Fr. Paulus de So Hippolyto, unus ex senioribus provinciae fribus, laboriosissimus in omnibus, quae sibi iniungebantur.

Rev. p. Theobaldus de Geisling, praedicator celeberrimus, apostolus Austriae dictus, qui ultra 2000 sermonum habuit. Hunc tota planxit Vienna, ob. in festo nostrorum quinque martyrum a. 1520.

Rev. p. Michael Praunecken, praedicator facundus, pluries custos et guardianus, custos custodum, in theologia aliisque scientiis subtilissimus etc., a. 1525.

Rev. p. Bernardinus de Oeringen, vir devotissimus et pro fidelium animarum in purgatorio liberatione orator singularissimus, a. 1525.

Fres in ecclesia si Ruperti [1] post translationem sepulti.

Primus in hoc loco sepultus est suprafatus p. Basilius de Gunterstorff, mirae pietatis sac. et cum primis fribus huc introductus, a. 1535, quem sequentibus annis secuti sunt sequentes:

P. Georgius de Lindau sac. a. 1537. P. Theodoricus, saepius vic. et ultimo in loco ad Sum Rupertum, a. 1537.

Rev. p. Christophorus de Thermis, guardianus Viennensis, custos Austriae, sex annis provincialis minr, facultatis Viennensis mag. et concionator apostolicus, qui, postquam domum si Ruperti a Ferdinando Romanorum, Bohemiae et Hungariae rege impetrasset, non sine iustis lachrymis peste ob., sicut et sequentes 5 fres, a. 1540: p. Achacius de Puron, p. Procopius de Cellis, loci vic., p. Hieronymus de Croatia, p. Leonardus de Scallis, coquus, p. Philippus de Weissenhorn.

P. Petrus de Oeniponto, guardianus et custos Austriae, a. 1541.

P. Mathias de Monachio, praedicator egregius, a. 1541.

P. Longinus de Villaco vic. a. 1541.

Fr. Ioachimus Tilz l., sartor.

Fres in conventu Lengbacensi [2] defuncti:

P. Andreas de Retsch, nobilis p. et in provincia praecipuus ad bonos mores eutrapelus, aliquando commissarius et saepius guardianus.

P. Marianus de Doerffen, praedicator percelebris.

P. Mathias de Samaria confessor.

---

[1]) *Ad hanc ecclesiam Vindobonae sitam fratres Minores coenobio ss. Theobaldi et Bernhardini a. 1529 diruto transierunt.* [2]) *In Neu-Lengbach Austr. Inf. conventus Paradysi claustro in Silva Vindobonensi a. 1529 diruto erectus est.*

P. Sigismundus de Iaehrendorff, p. s^{e} conversationis, qui socius erat in Terram Sanctam admodum rev^{i} p^{is} Christophori a Varisio, s^{i} Capistrani coadiutoris, et primus Kaezelstorffi ad S^{am} Radegundem, dum aedificaretur, guardianus, ob. a. 1473.

Fr. Theobaldus de Franconia l. ob. a. 1477.

P. Ignatius de Norimberga sac. a. 1482.

Fr. Fortunatus de Austria l. a. 1482.

Fr. Georgius de Silesia l. a. 1484. P. Theodorus de Austria confessor a. 1484.

Fr. Bonaventura de Graez cler. a. 1485. Fr. Alexius de Bavaria l., lapicida, a. 1486.

Fr. Remigius de Bohemia l. a. 1491. P. Martinus de Seefelden a. 1495. Fr. Urbanus de Vienna cler. a. 1495. P. Martinus de Prussia confessor a. 1495. Fr. Erasmus de Styria cler. nov. a. 1495. Fr. Vincentius de Voelckenmarck cler. nov. a. 1495. Fr. Thomas de Egenburga, l. ex quaestura redux, nivibus obrutus eodem anno. P. Georgius de Mellicia procurator 1502. P. Damianus de Gmund 1506. Fr. Wolfgangus de Steinkirchen pistor 1507. P. Ioannes de Oering sac. pientissimus 1508. Fr. Zacharias cler. sub incendio periit 1509. Fr. Paulus de Graez cler. 1521.

Fr^{es} in conventu Feldsbergensi[1]) mortui et sepulti:

A. 1494 fr. Felix l. primus defunctus in Feldsperg.

A. 1495 fr. Massaeus l., hortulanus. Fr. Thaddaeus de Salzburga l. P. Faustinus de Sierndorff l.

A. 1502 p. Iacobus de Vienna sac.

A. 1504 p. Simon Petrus, de senioribus sac. devotus.

A. 1507 fr. Michael de Egenburga l.

A. 1508 p. Simon de Linz sac.

A. 1517 fr. Nicolaus l., sartor.

A. 1518 p. Prosper de Missna centenarius et ultra, honestissimus p., qui nunquam chorum neglexit, etiam in senectute extra stallas sine appodiatione permanendo etc.

A. eodem p. Ioannes de Hallis sac.

A. 1521 p. Bernardinus de Kuelbach, sac., bonus confessor. Fr. Baptista de Lauffen l.

A. 1526 p. Henricus de Hartberg, vir maturus, zelator fidei et religionis, multoties guardianus, ut vic. loci ob.

De viris scientia, doctrina aut arte conspicuis, item scriptoribus litteratis, qui opera typis vulgarunt etc.:

Rev. p. Hilarius de Kirchschlag, reginae coeli devotissimus, praedicator valens, alios illo tempore facillime praecellens, cum summa omnium laude Viennae sacram scripturam interpretatus est, unus ex primis provinciae p^{ibus} a s^{o} Capistrano susceptus, quiescit iuxta chori antiqui pulpitum Puppingae mortuus a. 1483.

Rev. p. Bernardinus de Ingolstatt, verbi dei celeberrimus praeco, in omni scientiarum genere versatus, unus ex provinciae lapidibus angularibus et eximius regularis observantiae zelotes, dum actu Viennae ad S^{um} Theobaldum conciones quadragesimales perficeret, ad omnium lamentum ob. a. 1485.

Rev. p. Clemens de Dietmaria, nobili genere oriundus, profundissimae scientiae ac litteraturae, in explicandis consiliis dexterrimus, Viennae extra muros frequenter guardianus, mortuus est Brunae in Moravia a. 1487.

Rev. p. Alexander de Posonio, artium liberalium et philosophiae mag., praedicator desiderabilis, magnae scientiae ac virtutis, in heterodoxis ad gremium ecclesiae revocandis indefessus zelotes, quare, ut contra Georgium Podiebrad, haereticorum fautorem et regni Bohemiae usurpatorem, sicut et Hussitas bullam pontificiam per universam archidioecesim Salisburgensem praedicaret, ab ep^{o} Ferrariensi, legato apostolico, cum uberrimo fructu assumptus fuit a. 1468, ob. Labaci in Carniola 1496.

Rev. p. Paulus de Weiden, famosissimus verbi dei praedicator, apud quem prorsus nulla fuit personarum acceptio, in suis sermonibus loquens magnis, parvulis veritatis iaculis aeque feriebat, omnibus in summo honore fuit. Moritur Schwazii in Tyroli a. 1511.

Rev. p. Christophorus de Monachio Viennae cum omnium applausu docuit in universitate, praedicator verbi dei facundissimus, omnibus, tam clero quam reliquo populo gratus, qua provinciae vic. moritur Perusii ex capitulo generali in Austriam redux a. 1519.

Rev. p. Theobaldus de Geisling ob energicum e cathedra dicendi modum famosissimus praedicator communique plebis voce Austriae apostolus nuncupatus. Duo millia sermonum solum Viennae habuit

---

1) *Claustrum Feldsbergense in Austria Inferiore iam ante a. 1454 exstitit. Non multo post a. 1487 fratres Minores observantes huc introducti sunt.*

cum copioso animarum fructu, alias supremus paupertatis amator, pientissimus cum omni homine conservator, quem morientem tota planxit Vienna a. 1520.

Rev. p. Benedictus Dalmatinus tanta doctrina et scientia claruit, quod omnium doctiorum calculo inter doctissimos totius ordinis reputatus fuerit. Erat olim provinciae Bohemiae commissarius. Quiescit Iudenburgi a. 1522.

Rev. p. Michael de Praunecken, in doctrina Scoti doctoris subtilis adeo excellens, quod eum universitas Vienn. alterum in subtilitate Scotum nominaverit, praedicator etiam facundus et in aliis scientiis bene versatus, custos custodum eligitur et moritur non absque iustis lachrymis Viennae a. 1525.

Rev. p. Benedictus a Praegantia, vir zelosus ac summe doctus, saepius custos custodum et commissarius gen(eralis) ad comitia ordinis missus, ob singularem rerum agendarum dexteritatem in plurimis provinciae negotiis tum ad summum pontificem, tum ad caesarem et reges saepissime occupatus, ob. Graecii a. 1531.

Rev. p. Franciscus de Schwaz, custos Athesi, singularis eruditionis et doctrinae, praecipue in Hebraica litteratura versatus, ob. Schwazii a. 1534.

Rev. p. Georgius de Amberga, aliquando provinciae vic., praedicator egregius et famosus, in sacro poenitentiae tribunali indefessus, vir magni consilii et discretionis, plurium librorum propria manu exaratorum laudatissimus autor[a]), Schwazii moritur a. 1534.

Rev. p. Anselmus de Vienna, saepius in provinciae min^rum electus et primus ex Austria in diffinitorem generalem assumptus, doctrina et virtute celebris, maxima in rebus agendis pollebat dexteritate et prudentia, praeter scriptos tractatus plures edidit omnem devotionis spiritum spirantes libros. Terrena fastidiens et coelestia inquirens, suae solum saluti intentus, beato fine quievit ad S^um Hippolytum a. 1535.

---

a) *Herzog scripsit:* laudathissimus author.

MONUMENTA NECROLOGICA PATRUM PRAEDICATORUM RETZENSIUM.

Patrum Praedicatorum s. Dominici regulam professorum conventus Retzensis a Bertholdo comite a Hardegg, burggravio Magdeburgensi, eiusque uxore Wilbirge a. 1300 fundati atque dotati monumenta ex parte tantum adhuc exstant necrologica.

1. Annales necrologici a. circiter 1513 scribi inchoati ac a variis librariorum manibus ulterius usque ad saec. 19. deducti in eiusdem claustri bibliotheca asservati libro dicto ligneo, tabulas tres dimidiamque membrana indutas, tineis iam corrosas, complectente, continentur. Notis antiquiori ex libello, ut opinor, depromptis capitis mortui imago depicta praefixa relationesque de claustri Retzensis fundatione, fundatoribus, eorum obitus diebus in tabula prima praemissae sunt. Quos annales vir clarissimus, doctor Sebastianus Brunner ('Der Prediger-Orden in Wien und Oesterreich' p. 42 sqq.) primus, etsi minus accurate, in lucem edidit.

2. Conventus patrum Praedicatorum Retzensis necrologii, quod vir memoria meritisque venerabilis Raimundus Duellius (Miscellaneorum liber II, p. 170 sqq.) primum quondam vulgavit quodque praeter fundatorum obitus dies anniversaria quoque in conventu fundata memorat, codicem manu scriptum haud reperire potui, quare eum periisse censeo. Et annales et necrologium litteris minutis excudenda curavi. Vide quae de his monumentis exposui 'Neues Archiv' XXXV, 732 sqq.

P. Antonino Patze, eiusdem conventus priori optime merito, quod annalibus necrologicis in claustro utendi licentiam mihi libenter concesserit, hic quoque gratias ago debitas.

ANNALES NECROLOGICI PATRUM PRAEDICATORUM RETZENSIUM.

Pro vivorum solamine et mortuorum iuvamine appensum est hoc opusculum a. d. 1513 in die s. Iohannis Baptiste, precursoris salvatoris n^i^.[a])

Notum sit universis et singulis hoc presens infrascriptum legentibus, quod sacer ordo Predicatorum institutus est a s^o^ patriarcha Dominico, p^e^ et fundatore primo, in partibus Tholosanis et per summum pontificem Honorium tercium a. 1216 apud S^um^ Petrum in Roma. Ob. autem s. p. Dominicus a. d. 1221, octavo idus Augusti in Bononia, canonisatus per Gregorium nonum a. d. 1234 octavo idus Iulii. Crevit autem sacer ordo et miro modo dilatatus est sub eius vita et post eius felicem mortem adeo, ut eciam in hac civitate Retzensi monasterium ordinis Predicatorum sit constructum in honore

---

[a]) *Praecedentia colore rubro scripta sunt.*

assumpcionis gloriosissime virginis Marie. A quo autem et quo tempore id factum sit, potest colligi et elici ex veteri martirologio, in quo sic continetur: 'A. d. 1312 ob. d. com. Berchtoldus de Hardech, fundator conventus n^{i} in Retz et consumator, qui fuit oriundus ex Thuringia de comicia nomine Rabenswaldt. Hic rexit pacifice comiciam de Hardeck in omni iusticia et equitate commendabiliter plus quam 34 annis cum ux^{e} sua d^{a} Wilbirge.' Hec ibi. Hoc notatur septimo Augusti et post sequitur 27. Augusti hoc modo: 'A. d. 1314 ob. d^{a} com^{a} Wilbirgis fundatrix conventus n^{i} et com^{is} Berchtoldi ux., hic simul agitur anniv.' Hec ibi tantum et non plus habetur, quia a. d. 1425 in vigilia s. Katherine virginis et martyris regente d^{o} glorioso d^{o} Iohanne de Maydwurgk venerunt Hussite. quorum capitaneus dampnate memorie fuit Tziska a) et Procopius, rasus mente et corpore cecus. Hii devastaverunt civitatem et monasterium spoliaverunt et incineraverunt, p^{es} et fr^{es} occiderunt, seniorem p^{em} in puteum conventus proiecerunt, clenodia et litteras fundationum abstulerunt, eciam vetus martyrologium, de quo supra mentio, quod reallatum est a. d. 1498 in dominica Reminiscere.

Post mortem generosi com^{is} de Hardeck oriundi de Thuringia, fundatoris istius monasterii, gloriosi com^{es} de Maydwurgk imperfecta restauraverunt et fundos contribuerunt, sub ultimo com^{e} de Maydwurgk, videlicet com^{e} Michaele, supradicti com^{is} Iohannis filio, adducte sunt preciose et s^{e} reliquie alme virginis et martyris Cristine ad hoc monasterium. Ob. autem magnificus d. Michael com. ex Hardeck, ultimus huius nominis ex com^{ibus} de Maydwurgk, sepultus in choro fr^{um} ordinis s^{i} Augustini in Wienna, a. d. 1483, IX. kal. Aprilis.

Anniv. magnificorum et ill^{morum} d^{orum} com^{um} de Maydwurgk, fundatorum h. c., semper peragendum in die s^{e} Barbare virginis et martiris.

b) Consequenter subnotantur nomina p^{um} et fr^{um} et quorundam benefactorum h. c., qui ante nos decesserunt, quorum quottatio annorum salutis ignoratur. Nos vero in eorum labores intravimus, et gratitudo vera exigit, ut eorum salubrem memoriam habeamus. Hoc eis cedit in refrigerium, denique viventibus inde consurgit gloriosa probatio post spem, quam habent, quia post mortem eorum sic eis fiet a superstitibus, sicut ipsi suis predecessoribus faciunt, dicente Christo Marci quarto*: 'qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis et adicietur vobis'. Requirit ergo ut c) verus ordo, de prioribus prior fiat mentio. Ideo inprimis subscribentur nomina priorum, qui fuerunt primi regentes d) in hoc monasterio et quasi fundatores. *v. 24.

Ob. rev. p. fr. Thomas dictus Schurling, prior h. c., V. non. kal. e) Octobris.

Ob. rev. p. fr. Cristannus de Schataw, prior et lector h. c., IV. non. Maii.

Ob. p. fr. Thomas Krigler, prior hic, XIII. kal. Decembris.

Ob. fr. Iacobus de Pulka, quondam prior et summus cap. in Graetz, XI. kal. Martii.

Ob. rev. p. fr. Otto, prior domus, natus ex Leubensdorff, VI. kal. Maii.

Ob. fr^{es} Udalricus cv. et fr. Nicolaus de S^{o} Hypolito sac. nonis Ianuarii.

Ob. fr. Michael cv. VI. id. Ianuarii.

Ob. fr. Hermannus sac. IV. id. Ianuarii.

Ob. fr. Hainricus, villicus de Pusslendorff, XVII. kal. Februarii, hic sepultus.

Ob. fr. Tzendelinus sac. in die s^{i} Ignacii.

Ob. fr. Andreas, de civitate sac., IV. non. Februarii, in die purificacionis b. Marie.

Ob. fr. Thomas de Neuwurga sac. III. non. Februarii, in die s^{i} Blasii martyris.

Ob. fr. Hilbrandus sac. V. id. Februarii.

Ob. fr. Georgius de Anaso sac. VIII. kal. Martii.

Ob. fr. Iohannes de Curia sac. II. id. Martii.

Ob. fr. Steffanus cv. XIII. kal. Aprilis.

Ob. fr. Conradus de Tznoyma sac. XII. kal. Aprilis.

f) Secuntur nomina p^{um} et fr^{um} h. c. necnon et quottationes dierum et annorum, in quibus diebus et annis decesserunt.

A. d. 1309 ob. rev. p. fr. Hainricus de Neuburga, primus prior conventus Retzensis post receptionem loci a principibus atque sacri imperii burgicomitibus in Maydburgk et com^{ibus} in Hardeck, qui conventum hunc fundavit suis impensis, post g) omnium s^{orum}.

A. d. 1327 ob. rev. p. fr. Hainricus de Retza, prior et quasi secundus fundator tam in spiritualibus quam in temporalibus. Hic fuit diffinitor capitulorum generalium et provincialium, lector et prior pluries in Vienna, vic. nationis per decem annos et vic. generalis provincie Hungarice. Ob. autem ante nativitatem Marie.

a) *Sequitur locus rasus.* b) *Sequentia omnia usque ad* quasi fundatores *(l. 28) colore rubro scripta sunt.* c) *Corrige:* verus ordo, ut. d) *Sequitur deletum:* fuerunt. e) *Sic* (nonas kalendas) *tabula.* f) *Sequentia usque* annis decesserunt *colore rubro scripta.* g) *Suppl.:* festum.

A. d. 1329 ob. fr. Thomas de Laa, sac. et predicator, XV. kal. Aprilis.

A. d. 1336 ob. fr. Georgius de Schataw sac. III. id. Aprilis.

A. d. 1342 ob. fr. Iacobus de Felczberg, quondam provincialis Theutonie, rexit laudabiliter XVI annis, II. id. Augusti.

A. d. 1346 ob. fr. Berchtholdus Fruepeyss sac. XVII. kal. Novembris.

A. d. 1361 ob. fr. Leo dictus Raeklaesdarffer, supprior h. c., VI. id. Novembris.

A. d. 1383 ob. fr. Steffanus de Tzelderndorff sac. VI. id. Martii.

A. d. 1384 ob. fr. Ioannes de Imendorff sac. in die s^{i} Ambrosii ep^{i} et confessoris.

A. d. 1395 ob. fr. Nicolaus de Asparn sac. III. kal. Octobris.

A. d. 1413 ob. fr. Oswaldus, sac. et predicator conventus, in die s^{i} Michaelis.

A. d. 1416 ob. fr. Iohannes de Tierndorff, sac. et predicator, altera die post Dyonisii.

A. d. 1421 ob. fr. Tyboldus, diac. de civitate, XVII. kal. Aprilis.

A. d. 1424 ob. fr. Symon de Naelib nov. VII. id. Novembris.

A. d. 1427 ob. rev. p. fr. Franciscus de Retza, sacre theologie professor, fil. nativus h. c., qui fuit primus doctor creatus theologie et regens gimnasii Wienn. ac vic. generalis n^{e} nationis et Ungarie. Hic fuit fundator huius domus quasi tertius, sepultus est in conventu Wienn.

A. d. 1462 ob. fr. Petrus Alber sac. II. kal. Aprilis.

A. d. 1473 ob. fr. Thomas Phsinsivol diac. in translatione b. Dominici p^{is} n^{i}.

A. d. 1474 ob. fr. Augustinus Perner sac. III. kal. Iulii.

Ob. fr. Wentzeslaus Straekae kal. Octobris.

Ob. fr. Symon Lenttl sac. XVI. kal. Novembris.

A. d. 1475 ob. fr. Laurencius Staentzel sac. V. kal. Augusti.

A. d. 1481 ob. fr. Wolgangus a) Haug sac. VIII. kal. Novembris.

Ob. fr. Iacobus cv. VIII. id. Februarii.

A. d. 1483 ob. fr. Caspar Textoris sac. III. non. Septembris, sepultus in conventu Eystetensi.

A. d. 1485 ob. rev. p. fr. Michael de Anaso, prior h. c. et iubilarius, qui post incinerationem civitatis et conventus ab hereticis factam pro maiori parte conventum recuperavit et restauravit. Rexit conventum hunc Retzensem quadraginta annis et amplius et conventum Betoviensem duobus annis, mortuus est in senectute bona plenus dierum, prout patet, nonagenarius altera die post festum Simonis et Iude.

A. d. 1487 ob. fr. Erhardus Krueg sac. IV. kal. Novembris.

A. d. 1490 ob. fr. Georgius Roettl sac. XVII. kal. Decembris.

A. d. 1495 ob. p. fr. Rupertus Kaesrer, sacre pagine lector, in die s^{i} Dominici.

A. d. 1502 ob. ven^{lis} p. fr. Georgius Estl, sac. de Wienna, III. non. Maii.

Ob. fr. Andreas Imn de Basilea VIII. kal. Augusti.

A. d. 1504 ob. fr. Fabianus sac. III. kal. Novembris.

Ob. Michael Sumertoeckl de Egra sac. XV. kal. Februarii.

Ob. fr. Ioannes Molitoris sac. X. kal. Maii.

A. d. 1505 ob. fr. Udalricus cv. V. id. Aprilis.

Ob. fr. Caspar nov. XVII. kal. Novembris.

A. d. 1510 ob. fr. Mathaeus Schueler sac. XV. kal. Maii.

A. d. 1511 ob. fr. Ioannes Lapicide, sac. de conventu Cremensi b), VII. id. Martii, hic sepultus est.

A. d. 1513 ob. fr. Petrus de Ulma sac. XIV. kal. Decembris, sepultus in conventu Wienn.

A. d. 1517 ob. rev. p. fr. Virgilius Gerber, sacre theologie lector ac predicator generalis, quondam prior h. l., IV. kal. Ianuarii.

Ob. fr. Paulus Lantzperger sac. III. kal. Iunii.

Ob. fr. Erasmus, sac. et organista, XVIII. kal. Decembris.

A. d. 1519 ob. rev. p. fr. Iohannes Seydel, supprior h. c., pridie kal. Iulii.

A. d. 1520 ob. rev. p. fr. Steffanus Schwenk supprior III. id. Iunii.

A. d. 1524 ob. fr. Wolfgangus Oeder sac. in die s^{e} Lucie virginis.

c) 1525 ob. rev. p. fr. Iohannes Mensatoris, quondam prior h. c. et iubilarius, VI. kal. Februarii.

1529 ob. rev. p. fr. Gregorius sac. XIII. kal. Augusti.

1530 ob. rev. p. fr. Ioannes Ernst, quondam supprior h. l., est sepultus in conventu Wienn. in die s^{orum} martyrum Prothi et Iacincti.

---

a) *Corrige:* Wolfgangus. b) *Corrige:* Cremsensi. c) *Sequentia nomina aliis manibus saec. 16. scripta, dum nomina praecedentia una manu saec. 16. scripta sunt.*

1531 ob. rev. p. fr. Nicolaus Molitoris de Argentina, sacre theologie lector, in die sorum apostolorum Petri und Pauli.

1534 ob. rev. p. fr. Steffanus Pawr, sacre theologie lector ac predicator generalis, quondam prior Stirensis ac conventualis conventus Retzensis, sepultus in civitate Patzn.[a])

NECROLOGIUM PATRUM PRAEDICATORUM RETZENSIUM.

Necrologium fundatorum ac benefactorum conventus fratrum Praedicatorum o. si D. Retzensis atque eorum annivia.

IANUARIUS.

1.	kal.	A. d. 1394 ob. d. Iohannes com. de Hardecka in die circumcisionis di.
5.	non.	Ob. fr. Nicolaus de So Ypolito, sac. et praedicator.
31.	II. kal.	Anniv. di Wilhelmi Eibzinger.

FEBRUARIUS.

6.	VIII. id.	Anniv. di Rapper milis Rosenharter.
20.	X. kal.	A. d. 1464 ob. da Beatrix, di Pertoldi ux. comis de Maydburg.
23.	VII. kal.	A. d. 1381 ob. da Iutta coma, ux. di Purchardi comis de Maidburg.

MARTIUS.

4.	IV. non.	Anniv. di Lenging.
5.	III. non.	A. d. 1388 ob. d. Burchardus com. de Hardek, benefactor conventus et frum.
9.	VII. id.	Anniv. Bertholdi Smydacher et suorum praedecessorum.
17.	XVI. kal.	A. d. 1361 ob. da Anna, ux. di comis Purchardi senioris, in die se Gerdrudis.
24.	IX. kal.	Ob. d. Michael com. ex Hardech, ultimus huius nominis [e] comitibus de Maidburg, sepultus in choro frum ordinis si Augustini Wiennae, 1483.

APRILIS.

2.	IV. non.	A. d. 1367 ob. da Elena, ux. di Iohannis, duobus diebus ante festum si Ambrosii.
6.	VIII. id.	A. d. 1374 ob. d. Perchtoldus com. de Maidburch, hic sepultus.

IUNIUS.

5.	non.	A. d. 1328 ob. d. Pertholdus com. in die dedicationis castri in Retz.
8.	VI. id.	A. d. 1377 ob. da Agnes ducissa de Streliz, sor. di Purchardi comis, in vigilia corporis Christi.
11.	III. id.	Ob. da Sophia abba de S. Bernhardo, sor. di Purchardi comis.
15.	XVII. kal.	A. d. 1245[1]) ob. Fridericus dux Austriae.
17.	XV. kal.	Ob. da Elizabeth priorissa et coma de Muenbach, sor. di Purchardi comis.
19.	XIII. kal.	Ob. da Katharina coma, sor. di Purchardi comis.

IULIUS.

3.	V. non.	Anniv. di Sigismundi milis et suorum praedecessorum.
8.	VIII. id.	Ob. nobilis vir Rupertus Titelpruner, praefectus castri Rezensis, a. 1501, in choro frum sepultus.
15.	id.	Ob. d. Rudolphus rex Romanorum.
18.	XV. kal.	1333 ob. da Agnes nobilis coma, ux. di Perichtoldi comis de Maidburg, in die si Alexii.

---

[a]) *Sequuntur demum nomina ab anno 1619 mortuorum.*

[1]) *Recte: 1246.*

AUGUSTUS.

7. VII. id. A. d. 1312 ob. d. com. Berichtoldus de Hardech, fundator conventus n^{i} in Retz et consummator, qui fuit oriundus de Thuringia de comitia nomine Rabenswalde. Hic rexit pacifice comitiam de Hardech in omni iustitia et aequitate commendabiliter plus quam 34 annis cum ux^{e} su^{a}, d^{a} Wilbirgi.

11. III. id. A. d. 1375 ob. d^{a} com^{a} Elisabeth, sor. d^{i} Iohannis com^{is} de Maidburch, hic sepulta in sepulchro matris.

27. VI. kal. 1314 ob. d^{a} com^{a} Wilbirgis, fundatrix conventus n^{i} et com^{is} Perichtoldi ux.

31. II. kal. Ob. nobilis domicellus d. Georgius Gruenauger, in choro fr^{um} sepultus, a. 20. (14)95.

SEPTEMBER.

8. VI. id. Ob. rev. p. fr. Franciscus de Retza, sacrae theologiae professor, maximus benefactor et fautor h. d. quasi tertius, qui fuit regens in Wienna ac vic. generalis n^{ae} nationis et Ungariae.

25. VII. kal. A. d. 1349 ob. d. Conradus com. de Maidburg.

OCTOBER.

23. X. kal. Anniv. Francisci von der Ygla, cancellarii quondam d^{i} Michahelis com^{is} de Maydburg.

29. IV. kal. Ob. fr. Michael de Anaso, prior h. c. et iubilarius, qui post incinerationem civitatis et conventus ab haereticis factam pro maiori parte conventum recuperat et restaurat 1485 altera die post festum Simonis [et] Iude. Rexit conventum hunc Retzensem 42 annis et amplius et conventum Betoviensem 2 annis. Mortuus est in senectute bona plurimus dierum pater nonagenarius et emeritus provincialis provinciae.

NOVEMBER.

5. non. A. d. 1349 ob. d. Otto com., pleb. de Egenburga et can. in Patavia, hic sepultus.

10. IV. id. Ob. mag. Iohannes Theutonicus ordinis n^{i} IV., quondam eps. Bosnensis, natione Westvalus.

12. II. id. Ob. d. Purchardus com. senior de Retza a. d. 1360 proxima feria sexta post festum b. Martini.

DECEMBER.

3. III. non. Anniv. d^{orum} comitum de Maidburg, fundatorum h. c.

6. VIII. id. A. d. 1353 ob. d. Otto com. de Maidburg.

21. XII. kal. A. d. 1393 in crastino s^{i} Thomae apostoli ob. com. Iohannes de Mohūll.

A. d. 1425 die sequenti post festum s^{i}[a]) Martini convenerunt Hussitae cum maxima multitudine ad monasterium Lucense, inhabitaverunt illud per triduum et ceperunt fr^{es} aliquos, duos vero eis adhaerere nolentes combusserunt.

Item[b]) post destructionem monasterii transierunt Rezam et obtinuerunt illam civitatem et maximam multitudinem fidelium ibidem interfecerunt et d. Iohannem com^{em} de Maydburck ceperunt et secum Pragam duxerunt et fr^{es} conventus illius omnes captivaverunt et seniorem illius conventus interfecerunt.

---

[a]) f. *ed.* [b]) Idem *ed.*

MONUMENTA NECROLOGICA PATRUM MINORUM CONVENTUALIUM AD S. CRUCEM VINDOBONAE.

Patrum Minorum conventualium s. Francisci regulam professorum ad S. Crucem Vindobonae, quorum conventus a Leopoldo VI. Austriae duce ex Babenbergensi illustri stirpe exorto a. 1224 fundatus esse fertur, gravissimi momenti monumenta necrologica his temporibus exstant.

1. Necrologium codex maioris formae membranaceus, nunc A, prius 1 signatus, in bibliotheca patrum Minorum, ad ecclesiam s. Trinitatis Vindobonae translatorum, repositus foliis 1—43 continet. Cuius libri antiquissimam partem inter a. 1360 et 1370 composuit et scripsit frater Heinricus (de Freysing[1]*)?), qui guardianus huius conventus fuerat, ut patet sub diebus Februarii 8, Augusti 28, Octobris 10. 11. 15, cuius etiam aliis multis locis ipsius manu et posteriorum scribarum mentio fit.*[2]*) Qui cum multas notas longe prioris temporis inscripserit, eum aliquo e libello nobis hodie non conservato illas hausisse conici potest. Quod opus sequentibus temporibus diversi librarii, inter quos Nicolaus Toplarii*[3]*), qui guardianus Heinrico auctori successisse videtur, notas plurimas inserentes auxerunt ac usque ad saec. 16. continuaverunt. Quia de anniversariis fundatis multae notae occurrunt, operis nomen* liber anniversariorum *quoque probari posset, quod primum vir venerabilis Hieronymus Pez, quamvis minus accurate, edidit (Scriptores rerum Austriacarum II, 472—508).*

2. Libri sepulcrorum in patrum ecclesia Minorum ad S. Crucem Vindobonensi hodie duae supersunt recensiones, quarum prior a. circiter 1370, ut titulus profitetur, ad ecclesiam sanctae Crucis instituta in codicis maioris formae membranacei, nunc A, prius 1 signati, foliis 45—51 (cf. 1) inest, quae recte notae necrologicae de sepulcris *appellantur, altera vero posterior, quae codice bibliothecae provinciae Austriae Inferioris 444 maioris formae membranaceo continetur, a. circiter 1380 confici coepta est. Recensio utraque a diversis librariorum manibus et quidem prior usque ad saec. 15., posterior usque ad saec. 16. deducta est. Notatu inprimis dignum esse videtur, quod in recensione posteriore, quae maioris quam prior pretii esse censenda est, notis de personarum vel gentium sepulcris generum insignia coloribus depicta fere ubique aut praeposita aut interdum subiuncta sint.*

Recensionem libri sepulcrorum priorem iam prius memoratus P. Hieronymus Pez (Scriptores rerum Austriacarum II, 509—518), recensionem posteriorem notis abundantiorem

---

[1]) *Hic die Iun. 30 mortem obiisse in Necrologio dicitur et annis 1348—1359 certe guardianus in tabulis memoratur (Quellen z. Gesch. Wiens II, 1, nr. 325). Ante auctorem necrologii fuit et alter Heinricus Ratisponensis guardianus fratrum Minorum Vindobonensium, qui saepius in necrologio nominatus, circa a. 1349 obiisse videtur; cf. infra ad diem Oct. 5.* [2]) *Duae tabulae ab eodem, ut videtur, datae post necrologium scriptae sunt.* [3]) *Hic partem eorum, quae sub die Ian. 1 leguntur, scripsit et etiam a. 1391 guardianus in tabulis memoratur (l. c. II, 1, nr. 1221).*

vir clarissimus Karolus Lind ('Berichte und Mitteilungen des Altertums-Vereines zu Wien' XII, 52—114) exaratis quoque generum insignibus publici iuris fecerunt. Videas quae de his libellis disserui 'Neues Archiv' XXXV, 727—730.

Cum auctoris opus ac sequentis aevi continuationes typis discernere enisus sim, notas auctoris cuiusque manu scriptas litteris maioribus latius dispositis, continuationes saec. 14. litteris maioribus latius dispositis uncis inclusis, notas a librariis saec. 15. scriptas litteris maioribus, notas saec. 16. adiectas tantum selectas litteris minutis distinguendas studiose diligenterque curavi. Inscriptiones vero auctoris manu praefixae litteris maioribus pinguius impressis notantur.

Mihi adhuc superest, ut viro optimo, doctori P. Iohanni Pix, patrum Minorum conventualium Vindobonae provinciali optime merito, hic gratias iterem debitas.

Ius fasque quoque est, ut societati optime de scientia meritae, cui nomen 'Altertums-Verein in Wien', laudes gratesque agam pro eo, quod insignium gentilitiorum, quae primum in opere supra dicto 'Berichte und Mitteilungen' in lucem edita sunt, typos repetendos tradiderunt, ut haec quoque editio his non careat.

NECROLOGIUM PATRUM MINORUM AD S. CRUCEM VINDOBONAE.

IANUARIUS.

1\. kal. D^{a} Kunigundis super Statuam ob. a. d. 1357, que testata est pro fr^{ibus} 5 tt (₰) reddituum, de quibus nisi duas[a]) recipimus. Una est redempta, que dabatur de domo Reindlini in strata Karinthianorum, quam nunc inhabitat d. Wilhelmus dispensator d^{i} ducis, quam redemit tempore fr^{is} Nicolai, gardiani loci, pro 7 tt ₰. Secunda tt redempta est tempore predicti gardiani Toplarii a Stephano Pollonis, quam porrigebat de cellario Minngangi, ubi venduntur panni in Alto Foro in acie. Tercia dabatur de una domo ante ecclesiam s^{e} Clare sitam[b]), que funditus fuit deposita per fr^{es}, et lapides fuerunt aducti ad conventum pro n^{o} edificio [videlicet pro istis cameris per fr^{em} Iohannem, dudum ministrum, edificato[c]), et ista tt fuit ius fundi. Quarta tt ₰ porrigitur omni anno de una domo iuxta domum pellium, ubi venduntur pelles et pelicia. Quinta tt ₰ datur de una domo prope S^{am} Claram ex opposito domus mag^{i} curie d^{i} Iohannis de Liechtenstain, et unus faber porrigit, et d^{e} S^{e} Clare deberent porrigere, ut dicit litera testamentalis domine predicte. Dedit[d]) etiam pro fr^{ibus} 6 marcas puri argenti, quas fr. Hainricus, dudum gardianus loci, confessarius suus, dedit pro fr^{ibus} et conventu premissis. Dedit adhuc 2 marcas argenti, unam michi predicto[1]) gardiano, secundam sacristie, et sic sunt 8 marce, et ideo vere ligati sumus anime sue. D^{a} Elisabetha l^{a} Haeuzzinna ob., hic se(pulta) in capella Corporis Christi.[e])]

---

a) *Supra locum rasum scriptum.* b) *Cod.* — *Corrige:* sita. c) *Sequitur locus rasus.* d) Dedit — anime sue *a Nicolao Toplarii scripta.* e) D^{a} — Christi *colore viridi scripta.*

1) *Nicolao Toplarii.*

2. IV. non. D^{a} Agnes com^{a} de Hewenbuerch, hic sepulta in choro n^{o}, cuius anniv. celebretur, que ob. a. d. 1295. [A. d. 1386 ob. fr. Nicolaus mag.[a]) operis in octava s^{i} Stephani.]

3. III. non. D. Otto de Pilichdorf min^{lis} ob., hic sepultus, a. d. 1338, [cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare et sue ux^{is} d^{e} Kunigundis, quia in festo epiphanie filia sua d^{a} de Chranperch vel sui heredes habent fr^{ibus} porrigere unam ℔ ₰ et in festo s^{i} Otmari unam ℔ ₰, sicut 16. kal. Novembris invenitur.]

4. II. non. D. Marchardus de Pilichdorf, hic se(pultus). [D. Chunradus mil. de Nuernwerch, hic sepultus. D. Wernherus mil. de Moertgazzen, hic sepultus.]

5. non. D^{a} Wentla Chernerinna ob., cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia dedit pro fr^{ibus} 30 ℔ ₰ et 1 ℔ (₰) reddituum, que vendita est pro 11 ℔ ₰ [D^{a} Mergardis, ux. d^{i} Ruedolfi de S^{o} Yppolito, eius anniv. celebretur.]

6. VIII. id. [[b])D. Ulricus Wildmannus mil. ob. a. 1305. D^{a} Osanna de Gruennberch ob., hic sepulta. Werntzlinus min^{lis} ob., hic se(pultus).][c])

Nota: fr^{es} faciant anniv. d^{i} Ruedolfi de Chranichperch proxima feria secunda post epiphaniam domini, et abb^{a} S^{e} Clare debet dare fr^{ibus} 2 ℔ ₰ pro pitancia, ubi recipiantur denarii. Invenitur in anniv^{io} m^{ris}, videlicet d^{e} Sophie de Chranichperch, nonas Aprilis.

Nota, quod fr^{es} promiserunt cum litera conventus semper infra quatuor tempora cantare 1 missam pro defunctis et legere 2 missas pro anima Ulrici Trebenseer, quia d. Andreas Hausarius habet de hoc literam n^{am}. Pro hoc recepimus 2 vasa vini et 3 ℔ ₰

9. V. id. Nota, quod sor^{es} de tercio ordine debent porrigere fr^{ibus} omni anno pro anniv^{io} d^{e} Iermle Weypotinne in suo anniv^{io} 10 β. ₰ pro pitancia et 60 ₰ pro offertorio, et iam dictam elemosinam dant de vinea de monte Nucum. [D. Pernhardus dictus Chuefinger, hic se(pultus) in ambitu.]

10. IV. id. [D^{a} Alhaidis de Schonnek min^{lis}, hic sep(ulta). A. d. 1381 ob. nobilis d^{a} d^{a} et sor. Katherina prof^{a} ordinis s^{e} Clare et sor. ducum Austrie, Styrie et Carinthie etc., videlicet Alberti et Leopoldi fr^{um}, sepulta apud S^{am} Claram.]

11. III. id. Anniv. fr^{is} Iohannis de Lincza, quondam min^{ri} n^{i}, celebretur, quia edificavit nobis librariam n^{am} et aliquas cameras in conventu, [sed[d]) pecuniam habuit a d^{a} Gertrude Hoesinna[1]) in parte ad procuracionem fr^{is} Hainrici Ratisponensis, dudum gardiani loci, a. d. 1358.]

12. II. id. Ob. d^{i} Friderici[2]) ill^{mi} d^{i} Romanorum regis solempniter celebretur, qui mortuus est a. 1330, [quique[e]) fr^{ibus} 40 ℔ ₰ pro perpetua missa dedit promptorum denariorum]. Anniv. Hainrici Neydekarii et sue ux^{is} celebretur, et habet propriam missam,

---

a) magiter *cod.* b) *Sequentes huius diei notae super loco raso scriptae.* c) *Sequitur locus rasus maior.* d) sed — loci *a Nicolao Toplarii scripta.* e) quique — denariorum *a Nicolao Toplarii scripta.*

1) *Quae obiit a. 1349 Iul. 14. Vide infra ad hunc diem.* 2) *Ob. idibus Ianuarii a. 1330.*

et sui heredes de hoc habent literam conventus, sed quis[a]) gardianus promisit[b]), ignoro.

14. XIX. kal. Ob. ser^{mi} d^{i} Andree Ungarie regis[1]) [celebretur[c]) solempniter] et sue consortis d^{e} Agnetis regine Ungarie et hoc die suo, sicut mortua est, quia a predicta d^{a} omni anno fr^{es} habent de S^{a} Clara 14 ℔ ₰, que porriguntur ipsis de Regelprunne. [Sed[d]) numquam integre recepi nec in pecunia nec in blado, modo porriguntur nisi 7 ℔ et nihil plus.] A. d. 1368 ob. d^{a} Chunigundis de Ekartzaw, quondam consors d^{i} Chadoldi senioris. [A. d. 1393 ob. strennuus mil. ac d. Christoforus de Rappach in die s^{i} Andree apostoli, hic sepultus apud p^{em} suum Hainricum de Rappach, ad cuius anniv. obligamur. A. d. 1394 ob. d. Hainricus fil. d^{i} Christofori de Rappach feria quinta ante festum s^{i} Thome apostoli, hic sepultus. A. d. 1385 ob. d. Hainricus de Ratpach, hic sepultus, cuius anniv. peragetur, ob. in die s^{e} Lucie. D^{a} Katherina de Ratpach[e]), quondam consors d^{i} Hainrici, ob., hic sepulta, et fr^{es} debent facere anniv., quia suus maritus illo die habet dare fr^{ibus} 2 ℔ ₰ pro pitancia a. d. 1358.]

20. XIII. kal. [A. d. 1331 ob. p. rev. fr. Chunradus de Choetwico, quondam min^{r} Austrie. D. Dietmarus mil. de S^{o} Loco.]

21. XII. kal. [Ob. d^{i} Iohannis ep^{i} Constantiensis celebretur propter sua beneficia.]

22. XI. kal. Chunradus[f]) Eisenpautel ob., hic se(pultus).

25. VIII. kal. D^{a} Paulinna de Puerstendorf testata est domum procuratricis pro fr^{ibus} et ius fundi domus eiusdem, et ideo eius anniv. merito celebretur. [Nota: quere tercia die post festum s^{e} Margarete.][2])

26. VII. kal. Fr^{es} tenentur facere anniv. sor^{is} Margarete de Alpetawe, quia sacristia recepit 5 ℔ ₰ pro ½ ℔ (₰) reddituum, et conventus deberet recipere 1 ℔ ₰ omni anno a Chienario seniore. [Rev. fr. Hainricus gardianus loci[g]) 9 ℔ ₰ mortuo Chienario.]

27. VI. kal. [[h])Pleb. de Asparn, d. Albertus p. eius, hic sepultus.]

29. IV. kal. [D^{a} Margar(eta) Greca, hic se(pulta) in capella b. K(atherine).]

30. III. kal. Anniv. d^{e} Elizabete Chesslerinne celebretur pro magnis beneficiis suis fr^{ibus} n^{is} factis. [D^{a} Chunigundis Zurcherinna, hic se(pulta).]

31. II. kal. Officium pro defunctis fr^{ibus} et benefactoribus semper fiat feria secunda post dominicam septuagesime. [A. d. 1322 ob.[i]) d. Bernherus Hauzzo senior, castellanus in Medlico, ob. 1309, III. kal. Ianuarii, hic se(pultus).] Anniv. Chunradi notarii d^{e} regine Romanorum celebretur, quia testatus fuit 2 ℔ ₰ omni anno. De S^{a} Clara 1 ℔ reddituum redemerunt pro 5 marcis argenti puri, secundam pro 10 ℔ ₰., et ideo fr^{es} tenentur et ligati sunt. [Sed quis pro tunc fuerit gardianus, ignoro.]

---

[a]) *Vox colore rubro in margine suppleta.* [b]) *Vox super loco raso scripta.* [c]) celebretur solempniter *a Nicolao Toplarii scripta.* [d]) Sed — blado *a Nicolao Toplarii scripta.* [e]) *In margine:* Rappach. [f]) *Nomen supra locum rasum scriptum.* [g]) fr. Hainricus gardianus loci *alia manu in margine suppleta.* [h]) *Sequens nota super loco raso scripta.* [i]) A. d. 1322 ob. *radendo fere deleta.*

[1]) *Andreas III. rex Ungariae a. 1278, ob. a. 1301.* [2]) *Iul. 14, p. 181.*

FEBRUARIUS.

1. kal. Anniv. d^{i} Friderici de Tiernavia celebretur, quia dedit pro fr^{ibus} 10 ℔ ₰. Anniv. d^{i} Iohannis de Walse de Styria celebretur, quia testatus fuit pro fr^{ibus} h. l. 10 marcas argenti, sed non plus recepimus nisi 18 ℔ ₰. [D^{a} Gerwigis Prutzendorferinna ob., hic se(pulta) ante sacristiam.]

2. IV. non. Hac die de testamento d^{e} Margarete[a]) Praitenvelderinne de domo d^{i} Iohannis circa fr^{es} porrigi debent 2 ℔ ₰ fr^{ibus} pro pitancia; de quo vel ubi recipiatur, videbitur infra in suo anniv^{io} IV. id. Februarii.

3. III. non. Obitus Witigonis [[b])Verber celebretur, quia fr^{es} receperunt 16 ℔ ₰, et eciam propter beneficia ux^{is} d^{e} Perchte, sicut habetur in vigilia b. Iacobi apostoli]. Anniv. Chunradi Sleichmanz et sue ux^{is} celebretur, quia pro hoc fr^{es} receperunt 10 ℔ ₰, et de hoc habent literam conventus, [quod rev. Nicolaus Toplarii tunc gardianus[c])].

4. II. non. Fr^{es} tenentur celebrare anniv. Margarete[d]) Senftinne et Katherine, quia pro hoc receperunt 20 ℔ ₰ [Hos denarios rev. fr. Hainricus Ratisponensis tunc gardianus.[c])]

5. non. Fr^{es} tenentur orare pro anima Iacobi Cistel civ. Neuburgensis et sue ux^{is} Katherine[e]), quia pro hoc receperunt 5 ℔ ₰ [tempore fr^{is} Hainrici gardiani dudum]. D^{a} Gueta Swentreiberinna ob., que dedit pro fr^{ibus} unum calicem et 10 ℔ ₰.[f])

Nota, quod fr^{es} tenentur facere anniv. Michahelis Harber et sue ux^{is} d^{e} Perchte, quia receperunt pro hoc 20 ℔ ₰ ab eorum filiis, videlicet fr^{e} Marchardo lectore et fr^{e} Chunrado. [Sifridus Huernpekch, hic se(pultus) in ambitu.]

7. VII. id. Nota[g]), quod fr^{es} teneantur facere anniv. d^{e} Gedrudis de Chranperch[h]), [que ob. sub a. 1347], quia fr^{es} omni anno recipiunt de S^{a} Clara de suo testamento 9 ℔ ₰ et hoc tali modo: in suo anniv^{io} 2 ℔ ₰, in anniv^{io} mariti sui d^{i} Hermanni 2 ℔ ₰ Marie Egiptiace V. id. Aprilis[1]), in festo b. Urbani in anniv^{io} nepotis sui domicelli Hermanni 2 ℔ ₰, item in festo b. Cholomanni martiris 3 ℔ ₰., et vocantur denarii offertorii, quia offerri deberent in ecclesia fr^{um} omni die super altare apostolorum, ubi habetur in privilegiis d^{e} predicte, que ob. a. incarnacionis 1347. Ubi isti denarii recipiantur, videbis in sequentibus, videlicet in Menhartzprunne et in Puczing et de una vinea in Neunburga sita in Wolfgraben, et quidquid de residuo supererit, d^{e} habeant pro suo labore. Item de eadem d^{a} debent porrigi in festo b. Georii fr^{ibus} de Reintal 12 *β.* ₰ [et in festo b. Michahelis 12 *β.* ₰ Redempte sunt tempore fr^{is} Hainrici, tunc gardiani loci, libra pro 9 ℔ ₰.].

---

a) *In margine alia manu eiusdem saeculi notatum:* pitancia. b) *Sequentia alia manus subsequentis temporis supplevit.* c) *Caetera desunt.* d) *Sequitur locus rasus.* e) *Nomen colore rubro scriptum.* f) *Praecedens nota colore viridi scripta.* g) *Vox colore rubro scripta.* h) *Corrig.:* Chranichperg.

1) *Cf. infra ad hunc diem, p. 175.*

8. VI. id. Puella Chunigundis d^{e} Elle de Potenstain ob., hic se(pulta), cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia sua beneficia requirunt. Testata [fuit] pro unoquoque fr^{e} 3 *β.* ₰., excepto quod conventui dedit. Ab ea eciam habentur iste ymagines de ebore maior et minor, quam dedit pro me [fr^{e} Henrico, dudum gardiano]. D. Chunradus de Pilichdorf ob., qui fuit avus d^{i} marschalci, et fr^{es} tenentur ad suum anniv.

10. IV. id. Fr^{es} tenentur celebrare anniv. d^{e} Margarete Praitenvelderinne, que fuit amica d^{i} Wichardi et d^{i} Ulrici circa fr^{es}, quia fr^{es} habent in suo anniv^{io} de domo d^{i} Iohannis circa fr^{es} eodem die 2 ℔ pro pitancia et in festo purificacionis virginis gloriose pro pitancia 2 ℔. ₰., ut infra ostenditur, videlicet in quo loco vel per quem. Item de domo Pennigarii in Novo Foro 3 ℔ ₰. minus 12 ₰., et dantur ter in anno semper 1 ℔ ₰. minus 4 ₰. Et de domo Rotlinne, quam nunc inhabitat Saxengarius, 12 ₰.a), item 7 *β.* ₰. de una domo Goltsmidinne ex opposito Chesslarii in strata Carinthianorum ter in anno semper 70 ₰. Item 30 ₰. sunt redempti ex opposito B. Laurencii pro 1 ℔ ₰. et non plus.b) Eandem ℔ tenet d. Iohannes circa fr^{es}. Sor. Eysal mag^{a} tercii ordinis dedit pro fr^{ibus} 30 ℔ ₰., et ideo fr^{es} tenentur celebrare anniv.

12. II. id. D^{e} Brigide ux^{is} d^{i} Ulrici circa fr^{es} [anniv.]c) celebretur propter beneficia sui mariti. [Albertus notarius d^{i} de Hals, hic se(pultus) in capella s^{e} K(atherine). A. d. 1357 ob. d^{a} Anna de Cranichperch de Petronilla, filia d^{e} Agnetis de Lietenstaind) de Nicolspurga, hic se(pulta).]

13. id. Anniv. d^{i} Ulrici de Pergawe celebretur, quiae) redempta est 1 ℔ reddituum pro 8 ℔ ₰. a sor^{ibus} S^{e} Clare tempore fr^{is} Hainrici, gardiani Wiennensis. D^{a} Anna ux. d^{i} Iohannis circa fr^{es} [ob., hic se(pulta) in capella b. Nicolai. Hermannus fil. d^{e} Sophie de Cranichperch ob., hic se(pultus), 1361].

15. XV. kal. [Ulricus dictus Pes, hic se(pultus).]

16. XIV. kal. D. Otto quondam dux Austrie ob.[1]) a. d. 1339.f)

17. XIII. kal. [Anniv. fr^{is} Perchtoldi de Tulna celebretur, quia prolongavit refectorium testudinatum et aliquid pro n^{a} ecclesia dedit de sua elemosina.]

19. XI. kal. [Bernhardus Zurcher, hic se(pultus) in ambitu.]

21. IX. kal. Anniv. d^{i} Henrici de Ratpachg) et ux^{is} sue d^{e} Agnetis celebrentur uno die, et istó die fr^{es} habeant pitanciam de 2 ℔ ₰. minus 40 ₰.h), quos porrigunt de ista domo, qui ob. a. d. 1339. [Item 12 *β.* dabantur de una domo in strata Mentlers-Strezz, quam domum nunc inhabitat Chirchlinger, ille dominus, sed redemptii) sunt, et Stephanus recepit peccuniam et porrigit fr^{ibus}, et ipsum habemus inpetere. Item von dem Eysnen gatern untern Spenglerñ 1 ℔ ₰.]

---

a) *In margine alia manu notatum:* nichil. b) *In margine colore rubro appositum:* nihil. c) *Vox alia manu super linea apposita.* d) *Corrige:* Liechtenstain. e) *Sequitur locus rasus parvus.* f) *Nota colore rubro super loco raso scripta.* g) *In margine colore rubro notatum:* Rappach. h) *Pez scripsit:* denariorum. i) *Cod.*

1) *Ob. XIII. kal. Martii.*

24. VI. kal. A. d. 1369 ob. d. Ulricus iunior circa fr^{es}, hic sepultus in sepulchro p^{is} sui, cuius anniv. tenemur celebrare propter beneficia p^{is} sui et etiam sua. Videlicet testatus est 2 ℔[a]) ₰. de hiis locis infra positis, videlicet de una domo unius pellificis retro macellos[b]) ante Scotos in strata Tuenvoitstrozz 1/2 ℔ ₰. [Item unus faber slosser iuxta curiam ep^{i} Frisingensis 6 β. ₰. ter in anno. Item 1/2 ℔ ₰. de una domo in der Weichenpurch von dem Vechter. Item Raidlinus procurator denariorum de S^{a} Maria Magdalena de domo sua 55 ₰.[c])]

25. V. kal. Iacobi Hyernpech, hic se(pulti), a quo in testamento habemus 10 ℔ ₰., qui ob. sub a. 1369. [Nihil recepimus.]

[Nota, quod fr^{es} teneantur facere anniv. ux^{is} d^{i} Iohannis circa fr^{es}, videlicet d^{e} Sigawne et d^{e} Anne, et semper in crastino cinerum vel die sequenti. Propter hoc fr^{es} recipiunt annuatim 2 ℔ ₰., videlicet 12 β. ₰. ante portam castri Widmertoer in der Laimgrueb de pluribus domibus et vineis et 1/2 ℔ ₰. in strata Karinthianorum de una domo cuiusdam doleatoris dictus Petrus[d]) Ginach] in der Crugstras.[e])

26. IV. kal. [D. Onesth mil. de Bohemia ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine.)]

28. II. kal. [D^{a} Katherina iunior de Alramstorf ob., hic se(pulta) ante sacristiam a. d. 1337. D^{a} Alhaidis de Pilichdorf ux. d^{i} Chunradi, hic se(pulta).]

MARTIUS.

1. kal. [D. Leupoldus[1]) dux Austrie ob. a. 1326.[f])]

3. V. non. Anniv. d^{i} Ulrici de Pilichdorf celebretur, qui fuit fr. d^{i} Dietrici marschalci, hic se(pultus), qui ob. a. d. 1332.

4. IV. non. [g])Anniv. Petri procuratoris d^{i} de Ratpach peragatur feria sexta quatuor temporum, vel conventus dabit 1 ℔ ₰. ad S^{am} Claram. De hoc habent literam conventus, quando non peragatur. Propter hoc conventus recepit 20 ℔ ₰. vel in sequenti ebdomada.

5. III. non. A. d. 1329 ob. d^{a} Gueta com^{a} de Oetinge, filia d^{i} ser^{mi} Alberti Romanorum regis, et habet perpetuam missam.

6. II. non. Nota, quod feria VI. ante Letare fr^{es} faciant anniv. Wolfhardi Alser civ. Neunburgensis ex parte claustri et sue ux^{is} Gisle, quia dedit pro edificio n^{e} ecclesie 10 ℔ ₰. De hoc habet literam conventus n^{i}.

7. non. Ob. progenitorum d^{i} Chunradi mag^{i} hubarum celebretur feria prima post Letare, pro quo relaxavit d^{abus} de Tyernstain ius fundi de domo ipsarum in vico pincernarum Wienne ita dum-

---

a) *Sequentia usque 1/2 ℔ ₰. super loco raso scripta.* b) *Pez notavit sub linea:* forte macellarios vel macella. c) *Pez scripsit:* denariorum. *In margine notatum:* Omnia 2 ℔ ₰. minus 5 ₰. d) *Corrige:* dicti Petri. e) in der Cr. *postea suppleta.* f) *Numerus ex parte super loco raso scriptus.* g) *Praecedit locus rasus maior.*

1) *Ob. II. kal. Martii a. 1326.*

taxat, quod annis singulis amministrent 1 metretam farine pro sacristia pro hostiis vel 50 ₰.[a])

9. VII. id. [D. Ulricus mag. curie, hic se(pultus).[b])]

10. VI. id. Sor. Christina mag^{a} tercie regule.[c])

11. V. id. [D. Wernherus dictus Hauzzo, hic se(pultus) in capella corporis Christi, ob. 1322 V. idus Marti, qui fuit fil. d^{i} Wernhardi senioris.[c])]

12. IV. id. Otto dictus Chochel, hic se(pultus), et ux^{um} suarum Margarete et Clare et omnium progenitorum, fr^{es} tenentur eorum anniv. celebrare omni anno, quia singulis annis habent 6 ℔ (₰) de suo testamento, sicut in litera testamentali continetur, sed missam perpetuam non promisimus. Consulo tamen illud, quod est ultra 2 ℔ ₰., fr^{es} legant missas pro istis animabus. Hoc autem sit in conscientia gardiani, si non vult dampnare animam suam. Iste, qui dat illam elemosinam, vocatur Sifridus Carnifex.[d])

13. III. id. Anniv. Rudolfi de S^{o} Yppolito celebretur, quia tenemur. [D. Ulricus Grecus de Chernebrunne ob., se(pultus) in capella b. K(atherine). A. d. 1367 ob. d^{a} Elisabetha, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia mag^{a} de S^{o} Tyboldo dedit fr^{ibus} 18 ℔[e]) ₰., ut singulis annis[f]) in crastino b. Gregorii celebremus. De hoc habet literam conventus. R(ecepit) rev. fr. Hainricus gardianus dudum.] Perchta dicta Sweva, [hic s(epulta)][g]), cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, et abb^{a} S^{e} Clare debet eodem die porrigere 1 ℔ ₰. pro pitancia. Eadem ℔ ₰. recipitur de una vinea sita in Medlico et vocatur der Ledrer.

14. II. id. D^{a} Alhaidis de Clingberch ob., sepulta apud Predicatores, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia maritus eius dedit fr^{ibus} unam vestem, que vendita fuit pro 9 marcis argenti. D. Chrafto de Sunnberch ob., cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare propter maxima beneficia sue ux^{is}, videlicet d^{e} Katherine de Sunnberch, sicut in die obitus sui invenitur, videlicet VI. kal. Decembris.[h])

16. XVII. kal. Sor. Benedicta procuratrix fr^{um}, hic se(pulta), cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, et eodem die abb^{a} tenetur dare 2 ℔ ₰. fr^{ibus} pro pitancia. Credo, quod d^{e} met porrigant de proprio propter penam eis inpositam. [Anniv. fr^{is} Thome de Valchenstain, hic se(pulti), ob. 1367.]

17. XVI. kal. Anniv. d^{i} Iohannis com^{is} Goritie celebretur propter beneficia sue relicte, ut in die ob. sui invenitur [XIX. kal. Decembris.[i])]

18. XV. kal. D. Okko[k]) de Liechtenberch ob. a. d. salvatoris 1321, a quo fr^{es} habuerunt 20 tal. ₰.[l]) D. Stephanus de Zoelkinge pleb. in Ruspach ob., se(pultus) in ecclesia n^{a}.

---

[a]) *Pez:* denariorum. [b]) *Nota super loco raso scripta.* [c]) *Sequitur locus rasus maior.* [d]) *In margine alia manu notatum:* nihil. [e]) 18 ℔ *super loco raso scriptum.* [f]) annis *colore rubro super linea suppletum.* [g]) hic s(epulta) *super linea suppletum.* [h]) *Pez notavit sub linea:* leg. Ianuarii. *In rubrica sequentis diei nota colore rubro scripta erasa est.* [i]) *Pez notavit sub linea:* leg. Ianuarii. [k]) *Pez notavit sub linea:* an Otto vel Eckko, *ut infra scribitur.* [l]) *Praecedens nota super loco raso scripta.*

19. XIV. kal. A. d. 1305 ob. d^{a} Blanka ducissa Austrie, filia d^{i} Philippi regis Francie, consors d^{i} Rudolfi[1] ducis Austrie, hic se(pulta) in medio chori, que legavit fr^{ibus} 1000 ℔ ₰. pro ecclesia fabricanda[a] et 100 ℔ (₰) per provinciam distribuendas, que omnia abstulit fr. Hainricus min^{r} et construxit cenobium s^{e} Clare [hic in Wienna].

20. XIII. kal. D^{a} Gedrudis de Tannberch hic se(pulta), que dedit pro fr^{ibus} 20 ℔ ₰. Anniv. d^{e} Dyemuedis, que fuit sor. d^{e} Elle de Potenstain, fr^{es} tenentur celebrare propter maxima beneficia sue sor^{is}.[b] Sor. Dyemuedis de Nova Civitate ob. Fr^{es} tenentur ad eius anniv., quia receperunt 5 marcas argenti puri.

21. XII. kal. Anniv. d^{e} Offmie de Perchtoltstorf fr^{es} tenentur celebrare, quia habuerunt ab ea 60 marcas puri argenti et 130 ℔ ₰. Wienn., que etiam, quamdiu vixit, extitit generalis m^{r} et hospita omnium fr^{um}, [que omnia abstulit fr. Hainricus min^{r} pro ecclesia s^{e} Clare. Anniv. d^{e} Katehrina[c] Iudenburgerinna de tercia regula, et fr^{es} habent 1 ℔ ₰ illo die, et porrigit mag. de tercia regula de domo sua, et nichil datur eis ad comedendum de iure, nisi velit facere de gracia. Anniv. Iohannis Stigelmayr cfr^{is} n^{i}, qui legavit pro conventu 2 vineas, et tenemur sibi].

23. X. kal. [Ulricus Pentzo, quondam celerarius castri, hic se(pultus) est in introitu capelle b. Ka(therine), ob. 1339.] A. d. 1443 ob. nobilis d. d. Leopoldus de Ekartsaw mil., qui fuit specialissimus et sincerissimus amicus fautorque fratrum, qui inter alia quam plura sua beneficia tempore sue vite dedit unam bonam vineam sitam in der Maur, que dicitur Starhenberger. Quapropter tenemur sibi agere anniv. solempniter in vigilia vigilie annunciacionis virginis gloriose de sero cum vigiliis et mane officio defunctorum, quia eodem die, videlicet in vigilia vigilie, ob., sepultus in capella s^{i} Thome. Si autem fraudulenter aut negligenter secus actum fuerit, tunc relicti sui possunt recipere bona et fructus predicte vinee istius anni. Insuper predicans tenetur pronunciare in ambone animam ipsius suorumque sigillatim[d], ut habetur in litera.

24. IX. kal. Anniv. Herbordi super Statuam celebretur, quia tenemur propter beneficia sue ux^{is} d^{e} Chunigundis, sicut in principio registri invenitur [in festo circumcisionis].

25. VIII. kal. [e][A. d. 1380 ob. p. rev. fr. Chunradus de Wienna Spiczerii, quondam min^{r} Austrie et confessor curie principum Austrie, et fr^{es} tenentur facere anniv. suum, quia conventus multa bona ab ipso recepit, librariam, multos libros et solempnes, edificia multa, picturas solempnes et vitream novam in choro et plura alia.]

26. VII. kal. D. Hainricus de cancellaria peragit anniv.[f] Katherine [et[g] m^{ris} sue Elizaebet[c] et puelle Affre] semper feria secunda post dominicam Iudica, et illo die porrigit fr^{ibus} 1 ℔ ₰ pro pitancia et perpetuabit.

---

[a]) frabricanda *cod.* [b]) sue sor^{is} *eadem manus super loco raso scripsit.* [c]) *Sic cod.* [d]) *I. e.* singulatim. [e]) *Praecedit nota primae manus exstincta:* Hac die relicta Iacobi de Chrutt. Debent fr^{ibus} porrigere 2 ℔ ₰. pro pitancia vel sui pueri et nobiscum comedere, si volunt, sic inveni ego, et gardianus debet eos devote recommendare. [f]) *Sequitur locus rasus.* [g]) *Uncis inclusa supra lineam scripta.*

[1]) *Rudolfi III. ducis Austriae, Bohemiae regis, qui V. non. Iulii a. 1307 ob.*

27. VI. kal. D[a] Agnes Spiczerinna ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur propter beneficia filii sui, [rev.[a]) p[is] n[i] fr[is] Chunradi, quondam min[ri] Austrie].

28. V. kal. [D. Chunradus Hoerbunne, a quo fr[es] habuerunt equum et arma, se(pultus) in capella b. K(atherine). A. d. 1362 ob. d[a] Katherina filia d[i] Iacobi de Eslarn, consors d[i] Christofori mil[is], ob., hic se(pulta) in capella b. K(atherine) in sepulchro m[ris]. [b]) A. d. 1380 ob. d[a] Elizabeth, quondam procuratrix fratrum, hic sepulta, cui tenemur facere anniv. propter sua beneficia.]

29. IV. kal. [Fr. Nicolaus de Stain, confessor et predicator civitatis, se(pultus) in Haimburga.]

30. III. kal. Anniv. Margarete de Neunburga celebretur, quia in morte sua dedit pro fr[ibus] ad valorem 30 ₶.

31. II. kal. [Anniv. d[e] Brigide Volchmarinne de Insula et mariti sui Volchmarii et Matze celebretur, quia pro hoc fr[es] receperunt 10 ₶. ₰., quos rev. fr. Nicolaus Toplarii, gardianus loci.[c]) D[a] Margaretha de Greiffenstain, hic se(pulta) sub testudine ex opposito orologi.][d])

APRILIS.

1. kal. D. Reinpertus fil. d[i] Ulrici de Pilichdorf ob., hic se(pultus). A. d. 1357 ob. d. Ulr(icus) circa fr[es] sepultus in capella s[i] Iohannis, qui testatus pro fr[ibus] 8 ₶ ₰ et hoc tali modo: 4 ₶ ₰ pro vestitu fr[um], et hoc tali condicione, ut dicit privilegium, quod omni die habeatur una missa ad S[am] Crucem super altaria vel ubicumque erit, postquam ecclesia perficietur; alie 4 demum sic ordinate sunt, videlicet quod 14 β. dantur fr[ibus] pro pitancia in anniv[io] suo, quod erit in feria 6. proxima post mediam quadragesimam, sacristie 60 ₰. Alie 2 ₶ ₰. sic ordinantur, quod in festo b. Iohannis baptiste 14 β. dantur fr[ibus] pro pitancia, sacristie 60 ₰., et recipiuntur de [hiis locis: 2 ₶ cum $^1/_2$ dantur de macellis ante Scotos sitis iuxta domum d[i] de Potendorf, que prius dabantur de una stupa balniari. Item Hermannus scriptor d[i] Iohannis porrigit 1 ₶ ₰., quia recepit 8 ₶ ₰. in redempcione[e]) mag[i] Perchtoldi Sellatoris, de qua est redempta. Item 1 ₶ ₰. super domum apotecariam in acie iuxta domum d[i] de Elzbach, nunc unius medici, ter in anno]. Item 1 ₶ ₰. super domum quondam Griespach, nunc autem Pluettzaphen in Arena Salis ter in anno. Item 1 ₶ ₰. super [domum Eberlin pictoris in strata Strauchgazzen, quam porrigit nunc mag. chori S[i] Stephani. Item $5^1/_2$ β. super domum cuius[f]) sartoris contiguam domui Veleiz et domui Caspar et puerorum suorum]. Item 60 ₰ de una fovea in Alto Foro in acie sub domo Minngangi, quos porrigit Ulr(icus) notarius cognomento Guntzenpurger, et dantur in festo b. [Michahelis]. Item 3 β. ₰. super domum Sybotonis Coci auf der Alsterstrazz, quondam Rainholci. Item $^1/_2$ ₶ ₰. porrigit unus pistor Otto nomine, qui residet in Pentzing, et datur in festo b. Geori simul [pro sacristia].

---

a) *Uncis inclusa alia manus super loco raso scripsit.* b) *Sequens nota colore rubro scripta.* c) *Caetera desunt.* d) *Sequitur locus rasus.* e) rempcione *cod.* f) cuiusdam *recte correxit Pez.*

2. IV. non. Seidlinus pistor fr^{um} ob., hic se(pultus), cuius anniv. celebretur, quia dedit pro fr^{ibus} 30 ℔ ₰., exceptis aliis beneficiis ab ipsis receptis, ux^{e}a) et progenitorum suorum.

5. non. D^{a} Sophia de Chranichperch min^{lis} ob., que testata est pro fr^{ibus} 4 ℔ ₰., 2 pro suo anniv^{io}, quando obiit, videlicet feria secunda proxima post palmas, alias 2 pro anniv^{io} filii sui d^{i} Ruedolfi de Chranichperch, qui obiit proxima feria secunda post epiphaniam domini. Fr^{ibus} in La 6 β. ₰ in festo purificacionis omni anno. Item fr^{ibus} in Novam Civitatem 10 β. in festo b. Kather(ine), et isti denarii porriguntur de hiis locis: de Pilichdorf, de Aurestal et de Hetzendorf, sicut tradunt privilegia.

6. VIII. id. Anniv. sor^{is} Persle de Allramstorf celebretur, quia fr^{es} receperunt ab ea omni anno 6 β. ₰., sed redempti sunt pro 6 ℔ ₰ tempore fr^{is} Nicolay Toplarii tunc gardiani.

9. V. id. Anniv. d^{i} Hermanni de Chranperch [celebretur, mariti d^{e} Gedrudis, quia d^{e} S^{e} Clare eodem die habent porrigere fr^{ibus} 2 ℔ ₰ pro pitancia, sicut supra habetur VII. id. Februarii. Anniv. Hainrici, qui fuit sororius d^{i} Petri ep^{i} Patav. celebretur, quia fr^{es} habuerunt ab eo 12 marcas argenti].

10. IV. id. [D^{a} Petrissa iunior de Wolfgerstorf, sepulta ante sacristiam.]

11. III. id. [Anniv. fr^{is} Puerchardi de Nova Civitate celebretur, quia conventus recepit ab eo 10 ℔ ₰ Rev. fr. Hainricus dudum gard(ianus).b) Hainricus fil. d^{i} Nicolai Greci de Als, se(pultus) in ambitu.]

13. id. Item nota, quod omni anno semper peragatur feria tertia post dedicacionem Predicatorum in Wienna anniv. d^{e} Katherine Ernstinne in turri am Hochen markcht, cui tenemur propter sua beneficia. De hoc habet literam conventus.

16. XVI. kal. Anniv. d^{i} Ortolffi de S^{o} Vito celebretur et sue ux^{is} d^{e} Offmie semper feria quarta post palmas vel ante, quia fr^{es} receperunt 20 ℔ ₰.

17. XV. kal. [D. Marchardus de Hakenberch ob. se(pultus) in capella b. K(atherine).]

18. XIV. kal. Anniv. Herbordi dicti Lainholcz institoris celebretur, quia fr^{es} receperunt ab eo 10c) marcas argenti puri. [D. Hadmarus de Swechent, hic se(pultus) est in ambitu, ob. 1289.]

19. XIII. kal. Anniv. Chunradi Woller de S^{o} Ypolito celebretur, quia conventus recepit 5 ℔ ₰ pro ½ ℔ reddituum. [Ulricus dictus Pes ob., hic se(pultus).]

20. XII. kal. [Margar(eta) pistrix ob., hic sepulta in ambitu, que fuit consors Ulrici pistoris. D. Hainricus civ. de Augusta hic se(pultus) in ambitu.]d)

22. X. kal. Anniv. Wilhelmi de curia Straminum et ux^{is} sue Mergardis celebretur. [R(ecepimus) 5 ℔ ₰., sed 1 ℔ fuit super una domo, sed ignis consumpsit.]

23. IX. kal. Anniv. Dietrici Uerbetsch civ. celebretur, quia fr^{es} receperunt ab eo 10 ℔ ₰., et de hoc sui filii habent literam conventus. Anniv. d^{e} Margarete Pollinne celebretur, quia ex suo testa-

---

a) *Sic cod.* b) *Caetera desunt.* c) *Sequitur deletum:* ℔ ₰. d) *Nota ad sequentem diem apposita radendo deleta.*

mento abb^{a} S^{e} Clare habet porrigere fr^{ibus} 12 ß. ₰. ter in anno divisim, Georii, Michahelis et in pentecoste, et 60 ₰. ad curam fr^{um}, ubicumque celebratur. Et isti denarii dantur de hiis locis, videlicet de una domo sita[a] iuxta domum Chiel. Secunda ℔ ₰. porrigitur de aliquibus vineis, sed rarissime debito tempore, quia, quod deberet dari Georii, vix datur Michahelis, tamen semper datur. [In[b] vigilia b. Georgii fr^{es} faciant anniv. d^{i} Ortolfi Tetschan et ux^{is} sue d^{e} Agnetis et filii eorum d^{i} Georgii, sicut parum infra[1] invenitur.]

24. VIII. kal. De d^{a} Gedrude de Chranperch 12 ß. ₰. illo die dantur. Anniv. Chunradi Vaschanch, rasoris ducis Alberti, celebretur, quia relicta sua[c] illo die[c] habet porrigere fr^{ibus} 2 ℔ ₰ pro pitancia, et isti denarii dantur de stupa sua balniari[d] sita iuxta S^{um} Pangracium [et de domo contigua balnio[d], sicut litere demonstrant. D. Ortolfus mil. Tetschan, pro isto et ux^{e} sua Agnete ac filio ipsorum Georio, sepultis[e] in sepultura d^{orum} de Rappach, tenentur fr^{es} facere anniv. in vigilia s^{i} Georii cum vigiliis et missa defunctorum, et ipso die danda est pitancia fr^{ibus} pro multa eorundem ad nostrum ordinem amicicia, in cuius signum dederunt nobis aream iuxta pistrinam, ubi fuerat una domus, in qua publice abieccionis scorta tanquam in publico lupanari se collocaverant, et proinde illuc neffandorum hominum manifestata fuit frequencia, de qua abhominacione et detestanda vilitate fama conventus ac fr^{um} pura sinceritas nimium ledebatur. Et ideo notandum est diligenter, quod in casu, quo fr^{es} non peragerent anniv. modo prescripto, predicta area iuxta pistrinam extensa usque ad domum d^{i} de Puechaim devolveretur ad heredes seu superstites prenominatorum. In cuius pacti testimonium data est eis littera a conventu de voluntate tunc p^{is} min^{ri} munita sigillo conventus et gardiani, favor enim principis[f] requisiti sollicite a sublevacione predicte miserie nobis penitus defecit].

25. VII. kal. Anniv. d^{i} Chunradi Locher celebretur propter beneficia sue sor^{is}, videlicet d^{e} Elle de Potenstain[2], et non dimittatur. Item nota, quod omni anno semper peragatur anniv. d^{e} Chunigundis Eyssnerinne et omnium progenitorum suorum infra octavam s^{i} Georii martyris, de quo conventus habet singulis annis 1 ℔ ₰. reddituum ex parte edificii, de quo gardianus debet dare 20 ₰ pro sacristia et cuilibet sacerdoti 3 ₰., superfluum vero pro una pietancia. De hoc habet litteram conventus.

27. VI. kal. Anniv. Wisentonis et sue ux^{is} Richardis et progenitorum suorum celebretur, quia recepimus ab eo 10 ℔ ₰., et habuit 3 filios in ordine fr^{um}: Albertum lectorem, fr^{em} Christianum[g] et fr^{em} Ernestum. Hic peragatur anniv. d^{i} Viviancz de Sunberch et d^{e} Perchte ux^{is} sue valde solempniter, quia conventus habet singulis annis 6 ℔ ₰. et illas de domo sita in cimiterio n^{o}. In die s^{i} Georii aut infra ebdomadam celebretur anniv. subscriptorum:

---

a) sitam *cod.* b) *Uncis inclusa colore rubro scripta.* c) *Vox colore rubro super linea scripta.* d) *Cod.* e) *Pez correxit in nota:* sepulto. f) principum *cod.* g) Christinarum *cod.*

1) *Ad sequentem diem.* 2) *Cf. supra p. 169 sq., ad d. Febr. 8.*

videlicet Hainrici de Holbach et Iohannis de Wewlwicz, de sero cum vigiliis et de mane officio defunctorum et 11 missis lectis, et cuilibet sacerdoti 7 ₰., et predicans tenetur pronunciare animas suprascriptas in ambone. Item tenemur accendere 8 candelas circa ornatum feretrum tam in vigiliis quam in officio. Actum in a. d. etc. (14)34.

30. II. kal. [D. Otto de Inpruk, hic se(pultus), 1339, III. kal. Aprilis.]

MAIUS.

1. kal. Anniv. d^{i} Alberti Romanorum regis celebretur, et abb^{a} S^{e} Clare tenetur 2 tal. fr^{ibus} pro pitancia ministrare. Ubi isti denarii recipiantur, invenies infra V. kal. Octobris[a]) in festo Symonis et Iude. Anniv. Alhaidis Schekhinne celebretur, quia abb^{a} S^{e} Clare porrigit 1 ℔ ₰ de Reintal pro pitancia.[b])

2. VI. non. [A. d. 1356 nonis Maii ob. d. Herbigus Chroetendorfer, hic se(pultus) in capella b. K(atherine).[c])] In die apostolorum Philippi et Iacobi vel die sequenti peragatur anniv. Andree dicti Vischel cum vigiliis et missa defunctorum, a quo conventus recipit 15 ℔ ₰., et de hoc consules habent literam ex parte conventus, et ideo tenemur.

4. IV. non. Nota[d]), quod anniv. d^{e} Elizabet Hailpechinne fr^{es} tenentur celebrare, quia testata est pro fr^{ibus} 8 ℔ ₰ reddituum super cellarium Hainrici Alram, ubi panni venduntur, [nunc[e]) nepotum suorum. De hoc est litera ducis], et tali modo fiat, sicut in litteris super hoc datis invenitur, de p^{e} et m^{re} et fr^{e} Talario, et illi redditus non possunt redimi. [Aliter[f]) est, videatur litera ducis Alberti.]

5. III. non. Anniv. d^{e} Macze iuxta Fontem[g]) celebretur, quia de domo d^{i} Wichardi $^{1}/_{2}$ ℔ pro anniv^{io} porrigi deberet, sed nihil datur, quia ignis consumpsit. [D^{a}[h]) Perchta Listinna ob., hic se(pulta). Fr^{es} tenentur ad anniv. suum et sue sor^{is}, quia omni anno habent 3 ℔ ₰ de S^{a} Clara.]

6. II. non. Anniv. d^{i} Nicolay Greci fr^{es} tenentur celebrare, et d^{e} S^{e} Clare eodem die debent porrigere pro pitancia 1 ℔ ₰ Due fuerunt, sed una est redempta pro 5 marcis argenti. Predicte d^{e} tenentur dare sacristie n^{e} 3 β. ₰ eodem die. [A. d. 1344 ob. d. Chunradus mil. Hailpekh, hic se(pultus) iuxta altare Malczchastonis.]

7. non. Anniv. d^{e} Margarete Heldinne celebretur, quia fr^{es} 12 marcas receperunt.

8. VIII. id. [Chunradus Uerbetsch ob., hic se(pultus).]

10. VI. id. [D^{a} Brigida m^{r} Reinperti Tuersonis de Liechtenvels ob., se(pulta) ante sacristiam.] Hic est notandum, quod semper in vigilia ascensionis peragatur anniv. pro anima Wilhalmi Lienberger et ux^{is} sue Anne Schaerfenbergerinn, et si hoc negligeretur, tunc conventus tenetur dare $^{1}/_{2}$ ℔ ₰ ad S^{am} Claram. De hoc habent literam conventus. A. d. 1360 d^{a} Iohanna relicta d^{i} Reinperti Tuersonis de Sunnberch ob., hic se(pulta), cuius anniv. tenemur celebrare, quia testata fuit 3 vasa vini.

---

a) *Corrig.:* Novembris. b) *In margine nota colore rubro apposita:* in invencione s. crucis *radendo deleta est.* c) in cap. b. K(atherine) *colore rubro suppleta.* d) *Vox colore rubro scripta.* e) *Uncis inclusa alia manu in margine suppleta.* f) *Praecedit locus rasus maior.* Aliter est *colore rubro scripta.* g) *Sequitur exstinctum:* cuius anniv. h) *Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta.*

11. V. id. [D. Hainricus de Lawbenberch ob., hic se(pultus) sub testudine ante chorum, a. d. 1301, V. id. Maii.]

12. IV. id. Fr^{es} tenentur facere anniv. Iacobi civ. Neunburgensis, qui fuit mag. hospitalis ibidem, quia dedit fr^{ibus} 26 florenos, et de hoc habent sui heredes literam conventus.

13. III. id. Anniv. d^{e} Chuenigundis Eyznerinne et omnium progenitorum suorum semper peragatur sabbato ante dedicacionem n^{am}.

14. II. id. Anniv. d^{e} Chunigundis Mundorffinne celebretur, et gardianus tenetur dare pitanciam, quia legavit fr^{ibus} 12 ß. ₰ reddituum, qui venditi sunt pro 6 marcis et ½, [per quem ignoro].

15. id. Anniv. d^{i} Starchandi de Stalawe mil^{is} celebretur, quia fr^{es} omni anno percipiunt 1 tt. ₰ de una vinea in Oetechrinne, et vocatur selgret. Litteram eiusdem testamenti tenent d^{e} in claustro ad Celi Portam [roboratam cum sigillo Starchandi. D^{a} Agnes marchionissa, sor. d^{e} Elizabet Romanorum regine[1]), ob. M.[a])].

16. XVII. kal. [Ulr(icus) dictus Pair ob., hic sepultus.]

18. XV. kal. [D. Magnus fil. d^{i} Ulr(ici) de Styra ob., hic se(pultus), 1337.]

20. XIII. kal. [b]) In crastino ascensionis peragatur anniv. d^{i} Hermanni de S^{o} Ypolito et Uerbetschoni in canendo.

21. XII. kal. [Hainricus Hollo de Augusta civ., hic se(pultus) in ambitu iuxta portam.]

24. IX. kal. [Iohannes domicellus, fil. d^{i} Ulr(ici) de Wolfgerstorf, se(pultus) ante sacristiam. D. Albertus Noethafft, vicedominus Superioris Babarie, ob., se(pultus) in capella b. Katherine, a. d. 1324.]

25. VIII. kal. Hermannus domicellus de Chranperch, nepos d^{e} Gedrudis, ob., hic se(pultus), cuius anniv. celebretur, et eodem die abb^{a} S^{e} Clare habet dare 2 tt. ₰ fr^{ibus} pro pitantia, ut supra habes VII. id. Februarii, ob. a. d. 1339.

26. VII. kal. [D^{a} Offmia filia d^{i} Ottonis de Pilichdorf ob., hic se(pulta).]

27. VI. kal. Rugerus de Grinczing ob., a quo habuimus unum vas vini pro 1 tt. reddituum.

28. V. kal. Anniv. d^{i} Wichardi circa fr^{es} celebretur, quia fuit fidelis amicus, sepultus in capella b. Nicolai ante altare, qui ob. sub a. d. 1352 et testatus pro fr^{ibus}, ut sequetur: in suo anniv^{io} 2 tt. ₰ pro pitancia et sacristie 60 ₰., in anniv^{io} ux^{is} d^{e} Brigide et d^{e} Katherine 2 tt. ₰, sacristie 60 ₰., et dantur de hiis locis.[a])

29. IV. kal. [A. d. 1348 ob. p. rev. fr. Ulmannus, min^{r} Austrie, hic se(pultus).]

30. III. kal. [D^{a} Gedrudis ux. d^{i} Ottonis Hauzzonis ob. a. 1340, hic se(pulta).]

31. II. kal. Sor. Agnes Puerstendorferinna de ordine penitentum ob., hic se(pulta), cuius anniv. tenemur celebrare, quia annuatim recipimus 1 tt. ₰ pro pitancia de domo d^{i} Wichardi circa fr^{es} vel sui filii d^{i} Iohannis. Porrigitur autem ista tt. ₰ de una domo in strata Karinthianorum, quam inhabitat gener Herscheftlini. Peragi debet in vigilia corporis Christi et pitancia in die. [A.[c]) 1360] anniv. d^{e} Kather(ine) Venatricis, que fuit ux. mag^{i}

---

[a]) *Caetera desunt.* [b]) *Huic diei nota colore viridi apposita:* D. Hadmarus de Swechent ob., hic se(pultus) *radendo deleta est.* [c]) *Uncis inclusa in margine alia manu temporis subsequentis apposita sunt.*

[1]) *Ux^{is} Alberti I. regis Romanorum.*

Andree Venatoris [et[a]) Margarete secunde ux^{is}] celebretur, quia testata est 1 tt. ₰ reddituum, magna amica fr^{um}. Si datur, ignoro, [difficulter[a]) datur ½ tt. ₰].

IUNIUS.

1. kal. [D. Wernhardus Mezzenpekhe mag. curie, hic se(pultus).]

2. IV. non. Anniv. d^{e} Mergardis Wilhalminne de curia Straminum celebretur. Disposuerat in suo testamento pro fr^{ibus} omni anno 1 tt. ₰, sed ignis destruxit. 5 tamen tt. date sunt. Eciam fr^{es} habuerunt a predicta d^{a} 10 marcas argenti. Magna m^{r} fr^{um} semper fuit. Hainricus Wildperger nobilis homo et de familia de Meissawe dedit pro fr^{ibus} 6 tt. ₰ hic se(pultus), minus 60 ₰.

6. VIII. id. D. Ulricus mil. de Ricendorf ob. [1307][b]), cuius anniv. celebretur, quia testatus est pro fr^{ibus} 30 tt. novorum denariorum.

7. VII. id. A.[c]) d. 1353 ob. generosus d. et com. d. Chunradus de Schawmberch de Oert, hic sepultus ante altare trium regum, et habet ibi perpetuam missam et perpetuum lumen cum perpetuo anniv^{io} sic dotato. Dedit fr^{ibus} vineam in Ungaria, que vendita est pro alia in Austria sita in Hoechenboert iuxta civitatem, de qua vinea dantur in suo anniv^{io} per 8 dies omni die 1 tt. ₰, et omni die datur pitancia in mane et in sero et pro sacristia 2 tt. ₰ pro cera pro candelis, residuum de vinea datur pro opere. Dedit etiam pro lumine perpetuo 15 tt. ₰ sacriste et pro missa perpetua 50[d]) tt. ₰ Habuimus etiam equum magnum, qui venditus est pro 40 tt. ₰, [quas non recepimus].

8. VI. id. [D. Ulricus mil., fil. Pibronis, hic se(pultus) in capella b. K(atherine).]

9. V. id. D. Nicolaus dictus mil. de Als ob. a. d. 1307, a quo fr^{es} in extremis habuerunt 24 marcas argenti, ideo eius anniv. celebretur.

10. IV. id. [D. Sifridus de Chranichperch ob., hic se(pultus) ante capellam corporis Christi.]

11. III. id. [A. d. 1360 ob. ill. et inclita d^{a} d^{a} Agnes de Chunigsveld[1]), quondam regina Ungarie, sor. d^{i} Alberti ducis Austrie, a quo fr^{es} omni anno habent de Regelprunn.]

12. II. id. A. d. 1360 ob. d^{a} Sigaevn consors d^{i} Iohannis prope fr^{es}, hic se(pulta), et peragatur anniv., sicut marito placet. [Anniv. fr^{is} Hainrici Coquarii l^{i} celebretur.]

14. XVIII. kal. [A. d. 1366 ob. fr. Christanus de Neunburga l. Eius anniv. celebretur propter unam vineam, que a suis progenitoribus habetur, et peragantur 2 anniversarii: p^{is} et m^{ris} simul, sue sor^{i} et sibi simul.]

15. XVII. kal. Hac die petatur a mag^{a} tercie regule ½ tt. ₰ ex parte Weipotonis pro pitancia fr^{ibus}, et cantetur missa pro defunctis. [Anniv. fr^{is} Christani l^{i} celebretur.] Nota, quod in die s^{i} Viti ob. Petrus

---

a) *Uncis inclusa in margine alia manu temporis subsequentis apposita sunt.* b) *Numerus alia manu super linea suppletus.* c) *Vox colore rubro scripta.* d) *Numerus colore rubro scriptus.*

1) *Agnes ux. Andreae III. Ungariae regis, filia Alberti I. regis Romanorum, ob. III. id. Maii a. 1364.*

procurator d^{orum} de Rappach, cui tenemur, quia recepimus ab eo 20 tt. ₰., dum adhuc viveret.[a])

18. XIV. kal. D^{a} Agnes dicta Voytinna ob., que pro fr^{ibus} legavit 10 tt. ₰., ut eius anniv. annis singulis celebretur.

19. XIII. kal. [Perchtoldus de Muling ob., hic se(pultus).]

20. XII. kal. [D^{a} Margaretha sor. d^{i} Friderici de Tiernavia ob., hic sep(ulta), a. d. 1348.]

21. XI. kal. D. Ulr(icus) de Pilichdorf, p. d^{i} Chunradi.

24. VIII. kal. Anniv. Petri scriptoris d^{i} Wichardi prope fr^{es} celebretur, a quo recepimus 20 tt. ₰., et est hic se(pultus). [Hac[b]) die gardianus tenetur dare pitanciam ex parte d^{i} Ulrici senioris circa fr^{es}, ut supra habetur in kal. Aprilis.]

26. VI. kal. [Anniv.[c]) d^{i} Chunradi mag^{i} hubarum celebretur.]

27. V. kal. Anniv.[c]) d^{i} Hermanni[d]) pleb^{i} de Hauschirchen celebretur, quia d^{a} abb^{a}[a]) eodem die porrigit 1 tt. ₰. pro sacristia, et datur de claustro ibidem.

28. IV. kal. [A. d. 1324 ob. nobilis puella Anna de Chranichperch[e]), se(pulta) in capella b. Katherine.]

30. II. kal. [Ob. fr^{is} Hainrici de Preysinge, quondam gardiani h. l., hic se(pulti) ante sacristiam, qui benefecit conventui.]

IULIUS.

1. kal. [D^{a} Elizabet ux. d^{i} Wichardi circa fr^{es} ob. 1316.]

2. VI. non. D^{a} Chunigundis de Potenstain ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur propter beneficia sor^{is} sue d^{e} Elle.[1])

3. V. non. [D^{a} Elizabet ux. d^{i} Wichardi circa fr^{es} ob. 1335.]

4. IV. non. Anniv. d^{i} Ruedolfi regis Bohemie celebretur, filii[f]) d^{i} Alberti Romanorum regis, et abb^{a} S^{e} Clare debet porrigere fr^{ibus} illo die pro pitancia 1 tt. ₰., de quo invenitur in festo Symonis et Iude[2]), qui ob.[3]) a. d. 1307.

5. III. non. [D^{a} Dyemuedis ux. d^{i} Friderici Hauzzonis, hic sepulta, ubi maritus, ob. 1340. Stephanus procurator fr^{um} ob., hic se(pultus), et ux. d^{a} Elizabet et sui pueri. Hedvigis ux. Herbordi super Statuam hic se(pulta), ob. 1353.]

6. II. non. Katherina Senftinna ob., hic se(pulta), que fuit sor. fr^{is} Hainrici dudum gardiani. Eius anniv. celebretur propter beneficia mariti sui Hainrici Senft, [in magna pestilentia dedit fr^{ibus} 16 tt. ₰.]. Sor. Margareta Fuezzinna de tercio ordine ob., hic sepulta, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia omni anno de Vischemund de uno molendino perpetuo porriguntur de tritico 16 metrete et de siligine 32 metrete semper in festo s^{i} Michahelis.[g]) De hoc est una bona littera.

8. VIII. id. Hic peragatur anniv. pro anima Wilhalmi Liewenberger[h]) et ux^{is} sue Anne Schaerfenbergerinne, et si hoc non fieret, tunc conventus tenetur dare

---

a) *Sequitur locus rasus.* b) *Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta.* c) *Nota super loco raso scripta.* d) *Nomen eadem manu supra lineam suppletum.* e) *In margine eadem manu notatum:* Pilichdorf. f) filius *cod.* g) semper in festo b. Mich. *in margine suppleta.* h) *Nomen ex parte super loco raso scriptum.*

1) *Cf. infra Iul. 19.* 2) *Oct. 28, p. 191.* 3) *Ob. V. non. Iulii a. 1307.*

½ ℔ ₰ ad S^{am} Claram. De hoc habent litteram conventus. Anniv. d^{i} Eberhardi de Tettenho celebretur[a]) semper feria quinta ante Margarethe de sero cum vigiliis et mane officio defunctorum et duabus missis lectis, quia conventus, si neglectus anniv. fuerit, tenetur suis heredibus dare 15 florenos. Actum a. d. 1442.

9. VII. id. [Anniv. d^{i} Chunradi Praitenveldarii celebretur, hic se(pulti).]

11. V. id. [Domicellus de Sachsengange, fr. d^{i} Chunradi, ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine).]

12. IV. id. A. d. 1330 ob. ill. et inclita d^{a} Elizabet[1]) secunda Romanorum regina, fundatrix capelle s^{i} Ludvici ep^{i} et confessoris, tumulata in choro ante altare inmediate, cuius dies anniv. solempniter peragatur; que testata est pro opere omnia clenodia sua, sed non sunt data. Habetur tamen pro opere passagium in Stain in Verthofen et aliqua[b]) plura hic inferius [in civitate et in Margrafneusidl].

14. II. id. A. d. 1349 ob. d^{a} Gedrudis Hoesinna, magna m^{r} et benefactrix fr^{um}, cuius anniv. celebretur, quia dedit fr^{ibus} primo 60 ℔ ₰ pro domo procuratricis, quam nunquam intravit; item vineam suam, que vendita est [pro[c]) 74 ℔ ₰. Eciam edificavit librariam magnam et quinque cameras iuxta lectorem et magnam partem infirmarie, que omnia disposuit fr. Hainricus Ratisponensis, gardianus loci.[2]) Numeri florenorum et Wienn. et grossorum et quod massas[d]) argenti sum oblitus, et ideo servemus sibi fidem, sicut habemus respondere deo].[e])

15. id. Ob. d^{i} Rodolphi Romanorum regis[3]) celebretur.

17. XVI. kal. Edla puella Uerbetschinne ob., cuius anniv. celebretur, quia d^{a} Uerbetschinna dedit fr^{ibus} 10 ℔ ₰.

18. XV. kal. [Dietmarus fil. d^{i} Gundacheri de Losenstain, hic se(pultus) in ecclesia n^{a}. Fr. Griffo, fr. d^{i} Wichardi et d^{i} Ulr(ici) circa fr^{es}, se(pultus) in capella b. Iohannis, ubi p. et m^{r}.] A. d. 1532 ob. d. Mathias de Losenstain, in ambitu prope refectorium sepultus.

19. XIV. kal. D^{a} Ella de Potenstain, maxima amatrix et benefactrix fr^{um}, ob. a. d. 1339, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare solempniter cum candelis, vigiliis 9 leccionum et missa pro defunctis, quia, exceptis omnibus beneficiis qualitercumque nominatis, omni anno fr^{es} recipiunt bonam summam elemosine de vinea sua et maxime de vestitu inferiori vel de lignis vel de pane, si karistia talis esset, sicut privilegium nominat lucide et aperte. Sor. Tueta ob., cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia legavit domum suam, quia vendita fuit pro 40 marcis. Item quedam Macza, hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia dedit fr^{ibus} ad valorem 20 ℔ ₰.

20. XIII. kal. A. d. 1358 ob. ser^{mus} princeps d. Albertus[4]) dux Austrie, amicus et p. et benefactor ordinis Minorum fr^{um}, cuius anniv. tenemur celebrare, 40 ℔ ₰ testatus est, sed, quando dentur, ignoro.

---

a) *Sequitur exstinctum:* si. b) *Sequitur locus rasus minor.* c) *Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta.* d) *Corrig.:* quot marcas. e) *In margine manu saec. 15 notatum:* Nota: quere in conversione s. Pauli *(Ian. 25, p. 168).*

1) *Filia Iacobi II. Arragoniae regis, ux. Friderici III. regis Romanorum.* 2) *Cf. supra p. 167 ad diem Ian. 11.* 3) *Ob. a. 1291.* 4) *Albertus II., Claudus cognominatus.*

Nota: fr^{es} tenentur facere anniv. d^{e} Elizabet Listinne et sue sor^{is} d^{e} Gisle Zendlinne, hic se(pultarum), in vigilia s^{i} Iacobi vel in festo, quia fr^{es} eodem die percipiunt de S^{a} Clara 3 tl. ₰. pro pitancia, et illi denarii recipiuntur de una domo bona et secura ex opposito Merchlini Ruffi. Chunradi Pellificis, hic se(pulti), fr^{es} receperunt duos pannos griseos malos pro 5 tl. ₰.

21. XII. kal. Officium pro defunctis fr^{ibus} et benefactoribus. [D^{a} Margareta[1]) ux. Zolronis, filia d^{i} Griffonis, ob., hic se(pulta) in capella b. K(atherine).]

22. XI. kal. Otto Textor[a]) ob., hic se(pultus), relicta sua peragit, credo, cum 60 ₰ sine officio. Quantum offerant, ignoro, tamen conservanda est propter futura. D^{a} Rikhardis de Pilichdorf[b]) ob., se(pulta).

23. X. kal. D. Symon sac. de Neunburga ob., hic sepultus, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia dedit, quidquid habuit. Dedit enim unam vineam in monte Pusenperch, que vendita fuit pro 28 tl. ₰., et lectos suos et quidquid in domo fuit, [quia testamentum fr^{i} Hainrico, tunc gardiano, super animam suam commisit].

24. IX. kal. D^{a} Perchta Witinginna ob., hic se(pulta), magna m^{r} et benefactrix fr^{um}, cuius anniv. celebretur, quia, si oppositum fieret, peccaremus. Dedit enim fr^{i} Martino lectori, postea min^{ro}, auream crucem, que adhuc est in sacristia. Dedit etiam casulam de sameto viridis[c]) coloris cum cruce de angelis et ascensione et alba stola et manipulo et[d]) humerali, quod post mortem predicti p^{is} datum fuit in Stain. Ibi adhuc est cum perlis pulchre ornatum. Item dedit calicem chori. Testata etiam fuerat 2 tl. ₰. omni anno de S^{a} Clara pro anniv^{io}, que redempte sunt tempore fr^{is} Hainrici[2]), dudum gardiani, nobis nolentibus, pro 16 tl. ₰., et credo, quod fr^{i} Martino dedit pro libris, pro expensis et aliis beneficiis forte ad centum tl. ₰. Anniv. Ulr(ici) de Predio celebretur proxima feria VI. post festum b. Iacobi, quia pro hoc recepimus 10 tl. ₰. De hoc relicta sua habet literam conventus.

27. VI. kal. [A. d. 1342 ob. d. Hainricus[3]) eps. Laventinus, can. ecclesie Salczpurgensis et doctor decretorum, se(pultus) ante altare b. Kather(ine).]

30. III. kal. D^{a} Engla sor. Hosinne celebretur propter beneficia, sicut habetur II. id. Iulii. Sor. Alhaidis de Brunna ob., que testata est 1 tl. ₰. reddituum pro sacristia, que datur de una domo inter Piscatores.

31. II. kal. [Michahel dictus Harber ob., hic se(pultus), cuius anniv. peragatur et ux^{is} Perchte, quia fr^{es} receperunt 20 tl. ₰.]

AUGUSTUS.

3. III. non. D^{a} Katherina Oederinna, neptis d^{e} Witiginne, ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia recepimus 2 vasa vini pro 10 tl. ₰.[e])

---

a) *Supra lineam iterum suppletum:* Textor. b) *In margine iterum notatum:* Pilichdorf. c) viridix *cod.* d) *Sequitur deletum:* hua. e) libris ₰. *iterum colore rubro appositum.*

1) *Ob. a. 1300; cf. infra p. 200.* 2) *Ratisponensis; cf. supra p. 165, n. 1.* 3) *II. Mer de Apolda ob. a. 1342.*

Hertlinus camerarius ducis Rudolfi ob. et ux. sua Katherina, hic se(pulti). Anniv. peragatur, quando[a]) relicte sue placet, quia semper aliquid dat, prout potest.

4. II. non. [Wernherus officialis, civ. Ratisponensis, ob., hic se(pultus) in ambitu. Tali die ob. Mangzzo Tewffenpech, cuius anniv. celebretur propter sua magna beneficia.]

6. VIII. id. D^{e} Gedrudis et d^{e} Katherine Chesslerinne sor^{um} anniv. celebretur. Iohannes fam. d^{i} Wichardi ob. a. d. 1346, hic sepultus, cui tenemur ad anniv. Testatus est 4 ℔ reddituum de una vinea, 2 ℔ ₰ omni anno pro pitancia in suo anniv^{io} et 2 ℔ similiter pro candelis vel pro cera pro festo virginis assumpcionis. Nescio, quando dantur. D. Iohannes circa fr^{es} deberet porrigere, sed non facit.

8. VI. id. A. d. 1357 ob. d^{a} Anna pincerna de Dobra, quondam mag^{a} curie d^{e} ducisse, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia ad consilium sui confessoris fr^{is} Hainrici, dudum[b]) gardiani, testata fuit pro fr^{ibus} 28 ℔ ₰, que obtinuit post obitum suum cum adiutorio ser^{mi} principis d^{i} Alberti ducis Austrie, n^{i} p^{is}. [Eadem d^{a} dedit gardiano unum anulum cum smaragdo, quem computavit dux Ruedolphus pro 12 florenis, cuius lapidem fecit poni ad calicem aureum d^{i} Ulrici circa fr^{es}.]

9. V. id. Ulricus dictus Pentzo ob., hic se(pultus), cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia dedit pro ecclesia n^{a} nova, quando fuit incepta, 24 marcas argenti.

10. IV. id. D^{a} Elizabet ux. Ekherlini ob., hic sepulta, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia testata fuit unam domum, que estimabatur pro 30 ℔ ₰, sed in pestilencia fuit tantum vendita pro 14 ℔ ₰.

12. II. id. D^{a} Offmia de Prunn, filia d^{i} Ulr(ici) de Pilichdorf, ob., cuius anniv. celebretur. Testata satis fuisset, sed nihil recepimus. Altare iuxta concellos[c]) fundavit in capella b. K(atherine), sed non dotavit. Tamen mantellum suum de sameto testata fuit pro fr^{ibus}, quod fuit blavii coloris. De eo fecimus 2 tunicas pro dyac^{o} et subdyac^{o}, de perlis calicem.

14. XIX. kal. Katherina Chezzlerinna magna amica fr^{um} et filia devota. [A. d. 1366 ob. puella Chunigundis de Sunnberch, dicta Pergerinna, XIX. kal. Augusti, testata est pro sacristia 2 ℔ redituum super una vinea in Neunburga.]

[Nota[d]), quod fr^{es} tenentur celebrare anniv. d^{i} Petri Colini, qui est cap. in curia Neunburgensi ante portam Scotorum, et suis progenitoribus cum vigiliis et missa pro defunctis semper in vigilia assumptionis et semper, quamdiu vivit, cum scitu suo, quia pro hoc libere dedit in magna necessitate 20 ℔ ₰, et sepelietur nobiscum, quando deo placet. Quamdiu est in vita, cantetur sibi missa, que sue devocioni placet.]

15. XVIII. kal. D^{a} Margareta Chrannestinna, maxima amatrix fr^{um}. Vere sibi tenemur, acsi multum dederit, hic se(pulta), [ex[e]) amore ordi-

---

a) quando — potest *super loco raso scripta.* b) *Super loco raso.* c) *Sic saepe cod.* d) Nota — placet *a Nicolao Toplarii scripta.* e) ex amore — eius anniv. *postea colore rubro suppleta.*

nis tenemur facere eius anniv. D^{a} Clara de Rauchenstain, consors d^{i} Alberti, ob., hic sepulta in sepulchro d^{orum} de Pillichdorf].

16. XVII. kal. Chunradus mag. civium in Tuemprobst ob., cuius anniv. celebretur, quia dedit 10 tt. ₰ [D. Hoednscho mil. Occeanus, se(pultus) sub altare Malczchastonis. Nota, quod fr^{es} tenentur facere anniv. d^{i} Iohannis circa fr^{es} mil^{is} propter sua beneficia, sicut patet in registro[a]), et semper infra octavam assumpcionis virginis gloriose. Propter hoc fr^{es} recipiunt 2 tt. ₰., et porriguntur de Leupoltstorf de suis colonis, qui ob. a. d. 1380.]

17. XVI. kal. Anniv. d^{e} Perchte Snetzlinne celebretur. [D. Hermannus dictus Voegel, civ. de Augusta, ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine).]

18. XV. kal. Anniv. sor^{is} tercie regule Iaute et Margarete de Chranperch fr^{es} tenentur celebrare, quia omni anno percipiunt 1 tt. ₰. de una vinea, que aliquando fuit iuvenis Chienarii, sicut in littera plus continetur, sed non pro nobis. Infra octavam assumpcionis tenentur fr^{es} facere anniv. cum vigiliis et missa defunctorum pro anima Iohannis Waczgiesser et Katherine ux^{is} sue, quia, si non fieret, tunc conventus oporteret porrigere $1\frac{1}{2}$[b]) libram pro[c]) ad hospitale. De hoc habent cives litteram cum sigillo conventus in consilio repositam.

19. XIV. kal. Puella Elizabet Sebekchinna, sor. fr^{is} Wolfhardi, ob., hic sepulta, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia testata fuit 2 tt. reddituum, que[d]) redempte sunt tempore fr^{is} Nicolai Toplarii pro 14 tt. ₰.

20. XIII. kal. D^{a} Katherina consors d^{i} Ulrici circa fr^{es}, hic se(pulta). [D. Hainricus domicellus, fil. d^{i} Ottonis de Zelking.]

21. XII. kal. Anniv. d^{e} Katherine Tuersinne de Sunnberch celebretur, quia habemus ab ea ornatum integrum aurifriger[c]), sicut in registro sacristie invenitur. [Ob. a. d. 1337 d^{a} Anna com^{a} de Chatzenellpoegen, hic se(pulta).]

22. XI. kal. [Anniv. sor^{is} Iermle de tercio ordine celebretur singulis annis, quia fr^{es} omni anno recipiunt 1 tt. ₰., quam mag^{a} habet dare de domo, quam inhabitant.]

24. IX. kal. Anniv. d^{i} Sifridi de Weidnikkh et ux^{is} sue Wentle celebretur in vigilia b. Bartholomei, quia dedit bonam elemosinam fr^{ibus}, et de hoc habet litteram conventus. [D^{a} Alhaidis Schutburflinne, hic se(pulta). Anniv.[e])] Anniv. nobilis d^{i} Iohannis Wuerfel celebretur circa festum s^{i} Bartholomaei ante vel post in octo diebus, quia conventus recepit 16 tt. ₰., que posite sunt super una domo in der Scheftstrass. Si autem secus per negligentiam factum fuerit, tunc conventus obligatur dare hospitali ½ tt. ₰. Actum a. d. 1440.[f])

25. VIII. kal. Anniv. d^{i} Ortolfi de Puerchartstorf celebretur, quia fuit magnus amicus fr^{um}. Anniv. sor^{is} Weintrudis et sor^{um} suarum celebretur, quia pro hoc dedit domum suam, vineam suam et quidquid in domo habuit.[d])

---

[a]) in registro *super loco raso scriptum.* [b]) *Sequitur exstinctum:* litteram. [c]) *Cod.* [d]) *Sequitur locus rasus minor.* [e]) *Sequitur locus rasus maior.* [f]) *In margine eadem manu notatum:* pena.

26. VII. kal. Anniv. Leupoldi et ux^{is} eius Agnetis et filii sui celebretur, quia in pestilencia dedit fr^{ibus} 8 tl. ₰. Anniv. Wichardi publici notarii et ux^{is} d^{e} Elizabet celebretur, quia tempore fr^{is} Hainrici, dudum gardiani, qui fuit scriptor testamenti sui, cesserunt fr^{ibus} ad 30 tl. ₰. [Ob. ill^{mi} d^{i} d^{i} Otakheri Bohemie regis 1283[1]), cuius cor et interiora se(pulta) sunt in capella b. K(atherine).]

27. VI. kal. D^{a} Agnes Penckinna ob., cuius anniv. celebretur, quia dedit fr^{ibus} valde bonam vineam, que[a]) vendita est pro 43 tl. ₰., et perpetue 1 tl. ₰. pro anniv^{io} de domo sua[b]), et fuit maxima amatrix fr^{um}. Eciam tempore fr^{is} Dietrici, p^{is} rev^{i}, ad alios conventus multum dedit.[c]) Ob. d^{i} Chunradi Hagarii celebretur proxima feria sexta ante festum b. Augustini, quia propter hoc ux. ipsius dedit conventui 5 marcas argenti. Nota, quod anniv. coci Alberti de Neunburga ex parte claustri celebretur in vigilia b. Augustini, quia conventus tempore suo recepit ab eo 70 tl. ₰.

28. V. kal. Anniv. d^{e} Elizabet de Zelking, que fuit avia istorum de Zelking, merito celebretur, quia fr^{es} omni anno habent 3 tl. ₰ cum $^{1}/_{2}$, sed littera plus dicit, et dantur de hiis locis: de Rueprechtzdorf et de Spannberch. Habuimus etiam ab ea 100 florenos, de quibus ego fr. Hainricus, dudum[d]) gardianus, adhuc inveni 50 minus 1.

29. IV. kal. [D^{a} Margar(eta) de Sunnberch ob., hic se(pulta) ante sacristiam iuxta aspersorium. A. d. 1395 ob. ser^{mus} princeps d. dux Austrie Albertus tercius.]

30. III. kal. D^{a} Agnes relicta[e]) mag^{i} Friderici aurifabri ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia recepimus ab ea 20 tl. ₰.[f])

SEPTEMBER.

1. kal. Anniv. Perchtoldi Welser et progenitorum suorum celebretur, quia est testatus pro fr^{ibus} 100 tl. ₰., qui fuit fr. Reisenpergerinne d^{e} Elizabet. Anniv. Gedrudis Warthvelderinne celebretur, quia dedit vineam suam pro fr^{ibus}, que adhuc spectat pro opere n^{o}, licet commutacio sit facta. Anniv. d^{e} Alhaidis de Polnhaim et sor^{is} sue d^{e} Chunigundis de Ternberch celebretur, quia dedit pro fr^{ibus} unam bonam vineam, que vendita fuit pro 48 tl. ₰. Perpetua missa est in littera, sed a nullo promissa. Vendicio facta est de vinea tempore fr^{is} Hainrici, dudum gardiani. Anniv. Ludvici Mentler celebretur, quia fr^{es} omni anno recipiunt a relicta sua 1 tl. ₰. Anniv. Iohannis de Prespurkch peragatur omni anno in crastino s^{i} Egidii cum vigiliis et missa defunctorum.

2. IV. non. Anniv. d^{e} Wentle de Sternberch com^{e}, hic sepulte[g]), celebretur, quia fr^{es} receperunt 40 tl. ₰. de suo testamento.

---

a) que vendita est pro 43 tl. ₰. *colore rubro in margine suppleta.* b) de domo sua *in margine colore rubro scripta.* c) *Sequuntur deleta:* Anniv. Ottonis Per et Elizabet ux^{is} sue celebretur, quia fr^{es} omni anno recipiunt 1 tl. ₰. pro pitancia, et quidam civ. Wienn. dictus Rossel, gener Michahelis Drescher, porrigit de una vinea. d) *Super loco raso scriptum.* e) *Suppletum pro exstincto:* ux. f) *Sequitur locus rasus. Sequens nota radendo exstincta.* g) hic sepulte *eadem manu super linea suppletum.*

1) *Occisi VII. kal. Septembris a. 1278.*

3. III. non. Anniv. d^{e} Brigide Hinpergerinne celebretur[a]) propter beneficia d^{e} Witiginne, sicut in vigilia b. Iacobi[1]) invenitur.

4. II. non. [A. d. 1371 ob. Chunradus Peisser nobilis, non mil., de familia Chreigarii, hic se(pultus), a quo habuimus unum equum, pro quo habuimus 4 ℔. cum ½ et 32 ₰. et unam sexagenam grossorum pro cera pro candelis magnis et parvis.]

5. non. Anniv. d^{e} Chunigundis Uelmaninne celebretur, quia legavit pro fr^{ibus} unam domum, que vendita fuit pro 36 marcis argenti.

6. VIII. id. Anniv. Ulrici de Medlico et ux^{is} sue Gisle peragatur, quia dederunt nobis domum n^{am} in Medlico, quorum fil. vocabatur fr. Chunradus de Etzkestorf.

7. VII. id. Anniv. d^{e} Perchte et sui mariti, mag^{i} Chunradi Carpentarii peragatur, si placet, propter servitia filiorum suorum, fr^{is} Hainrici, dudum[b]) gardiani Wienn.[2]), et fr^{is} Iohannis, dudum gardiani Prukensis et Goritzensis.[c]) Anniv. Ulrici Puchser, hic sepulti, celebretur, propter testamentum relicte sue d^{e} Margar(ete) Seifridinne, [sicut habetur IV. kal. Octobris[3])].

9. V. id. [D. Fridericus de Magenpuech mil., se(pultus) ante chorum, et ux., ob. 1307.]

10. IV. id. [Sifridus Schutburfl, hic se(pultus) in ambitu. A. d. 1380 ob. p. rev. fr. Purchardus, quondam min^{r} Austrie, qui plurima volumina, videlicet 11, dedit pro libraria et aliqua pro sacristia[d]), calicem et ornatum simplicem.]

11. III. id. Dietricus Sartor dedit fr^{ibus} 1 vas vini, quod valuit 7 ℔., ideo anniv. peragatur.

16. XVI. kal. Sexta feria in quatuor temporibus celebretur anniv. Nicolai Teterl et Nicolai Schinpain, piscatorum, quia dederunt fr^{ibus} 10 ℔. ₰. De hoc habent litteram conventus.

17. XV. kal. Anniv. d^{e} Margarete de Leybuetz celebretur, quia d^{a} abb^{a} S^{e} Clare porrigit de Hautzendorf [omni anno 2½ ℔. ₰. Anniv. d^{e} Dyane ux^{is} mag^{i} Nicolai physici de Utino ob., hic se(pulte) in capella b. K(atherine), et Urssule, ux^{is} sue].

19. XIII. kal. [D. Otto de Weizzenberch ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine), a. 1334. D^{a} Gedrudis de Prunn ob., hic se(pulta) in capella b. K(atherine).]

20. XII. kal. [Anniv. Eberhardi Castner celebretur, qui ob. a. d. 1371, qui testatus est fr^{ibus} 100 ℔. ₰. ita, quod[e]) singulis annis habent facere anniv. suum et perpetuam missam omni die in n^{a} ecclesia, et debet esse ultima missa super quodcumque altare ibidem. De hoc executores sui testamenti habent litteram conventus sigillo communitatis et gardiani munitam, ubi nos ligavimus cum fide n^{a} ista adinplere. Idem Eberhardus fuit pincerna d^{i} ducis Leupoldi, sepultus ad Auginenses.[f])]

21. XI. kal. Anniv. d^{i} Ulrici de Chlingwerch, hic se(pulti), fr^{es} tenentur celebrare, quia ab ipso recepimus 30 marcas argenti.

---

[a]) *Sequitur deletum:* celebrare. [b]) *Super loco raso scriptum.* [c]) et Goritzensis *in margine suppletum.* [d]) *Sequitur deletum:* ornatum. [e]) *Sequitur deletum:* hunc. [f]) *Corrig.:* Augustinenses.

[1]) *Iul. 24, p. 182.* [2]) *Procul dubio auctoris huius necrologii, cuius parentes et frater igitur hoc loco dicuntur.* [3]) *Novembris potius, p. 191.*

22. X. kal. Anniv. d^{i} Martini Talarii, qui fuit p. d^{e} Elizabet Hailpekhinne, fr^{es} tenentur celebrare propter testamentum filie iam dicte, et illo die detur pitancia de 2 ℔ ₰, sicut habetur in privilegio suo et eciam IV. non. Maii.

23. IX. kal. Anniv. d^{i} Reinperti de Eberstorf solempniter celebretur, hic sepultus[a]), quia testatus fuit fr^{ibus} 100 ℔ ₰ et crucem bonam, diversis gemmis ornatam, et cuius crucifixus est totaliter aureus. [Domicellus Caspar Prueschinch ob., hic sepultus in sepulchro p^{is} sui in capella b. K(atherine). A. d. 1384 ob. Caspar domicellus, fil. d^{i} Georii de Polnhaim, s(epultus) in capella s^{e} Kath(erine).]

24. VIII. kal. Anniv. d^{e} Elizabet Phafsteterinne celebretur, quia per filiam suam misit nobis unam togam cum perlis ornatam, qui fuerunt recepti ad ornatum n^{um} bonum. Oretur et pro suis filiabus. [D^{a} Tuetta de Rosenhaim, hic se(pulta) ante chorum.] A. d. 1445[b]) sabbato ante festum s^{i} Michahelis ob. nobilis d. Georius de Rappach mil., qui fuit intimus specialissimusque fautor et amicus ordinis necnon precipue conventus Wien.

25. VII. kal. D. Scheneto de Lippa ob., hic se(pultus), cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia ab eo habuimus 30 marcas argenti. Anniv. d^{e} Iaute ux^{is} d^{i} Ulrici de Pilichdorf[c]) celebretur, hic se(pulte), [ob. 1337]. [D^{a} Perchta Uezmanina, m^{r} fr^{um}, hic se(pulta), ob. a. d. 1328.]

26. VI. kal. Anniv. Hainrici Senft celebretur, quia dedit fr^{ibus} 16 ℔ ₰ et post hoc sua relicta 10 ℔ ₰.

27. V. kal. [D. Chunradus Mulinger, hic se(pultus), et sua ux.] A. d. 1426 ob. ven^{lis} conciv. Ulricus Herbart, qui dedit conventui in prompta pecunia 80 ℔ ₰ in remedium anime sue, tali adiuncta condicione, quod conventus obligatur sibi et suis peragere anniv. circa festum s^{i} Micha(helis) in octo diebus ante vel post cum vigiliis de sero et missa cantata de mane, et fr^{es} tenentur legere 3 missas in septimana in remedium animarum suarum perpetue duraturas. Insuper tenemur accendere candelas circa ornatum feretrum tam in vigiliis quam in missa cantanda.

28. IV. kal. Officium pro benefactoribus. Anniv. d^{e} Chunigundis Hiernprechin, que fuit magna amica et m^{r} fr^{um}, celebretur. [A. d. 1367 ob. fr. Nicolaus de civitate, dudum sacrista, cui fr^{es} tenentur ad anniv., quia, quidquid habuit, sacristie dedit et sacristiam in ornatu et monstrantiis et aliis ornamentis multum decoravit.]

29. III. kal. [D^{a} Petrissa de Zelking, de Liechtenstain de Nicolspurga, se(pulta) ante sacristiam, obiit M.[d])].

30. II. kal. D^{a} Chunigundis ux. d^{i} Ulrici circa fr^{es} ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur propter beneficia sui mariti, videlicet d^{i} Ul(rici) predicti. [D. Hainricus Pibro ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine).]

---

a) *Corrig.:* sepulti. b) *Correctum ex:* 1437. c) *In margine appositum:* Pilichdorf. d) *Caetera desunt.*

OCTOBER.

1. kal. Anniv. d^{e} Elizabet Ofnerinne celebretur, quia fr^{es} omni anno habent 1 ℔ ₰ de mag^{a} tercii ordinis, et dant de vinea sua in Oetachrinn, et dicitur der Gêr.

2. VI. non. [D^{a} Alhaidis filia d^{i} Chunradi de Pilichdorf[a]), hic se(pulta).]

3. V. non. Anniv. d^{e} Elizabet ux^{is} Hauzzonis, hic se(pulte), celebretur propter beneficia sui mariti, quia ab ipso habemus n^{am} magnam stupam et 9 β. reddituum pro lampade corporis Christi. [A. d. 1369 ob. ser^{ma} d^{a} d^{a} Margareta marchionissa senior de Tirolis, hic se(pulta) in choro n^{o}.]

4. IV. non. Fr. Chunradus sacrista, qui procuravit tabulam chori.[b]) [Anniv. d^{e} Ofmie Altenburgerinne.]

5. III. non. Officium pro hospitibus fr^{um} fiat infra octavam b. Francisci. Anniv. fr^{is} Hainrici Ratisponensis, quondam gardiani loci, celebretur et non inmerito, quia elemosinam Hosinne ipse nobis procuravit[1]) et parum postea moriebatur. Relicta d^{i} Gundoldi, qui fuit civ. Neunburgensis ex parte claustri testatus fuit 1 ℔ ₰ reddituum, quam sua relicta redemit pro 8 ℔ ₰, que nunc habet Wehingarus. Quod factum est tempore fr^{is} Nicolai Toplarii, tunc gard(iani).

6. II. non. [Anniv. fr^{is} Ulr(ici) de Valbach, hic se(pulti).]

7. non. [Anniv. Iohannis scriptoris d^{i} Iacobi de Eslarn celebretur, quia recepimus ab eo 1 karratam de vino bono, quod computabatur pro 10 ℔ ₰, et dilexit nos valde.]

9. VII. id. Anniv. d^{e} Chunigundis, que fuit ux. d^{i} Ulrici de Pilichdorf, celebretur propter ius montanum in Neunburga. Anniv. d^{e} Margarete Redlerinne celebretur, quia fr^{es} singulis annis habent de domo d^{i} Hainrici de Ratpach 2 ℔ ₰ minus 40 ₰.

10. VI. id. Nota[c]): a. d. 1359 ob. nobilis d^{a} d^{a} Margareta de Zelking, relicta d^{i} Ottonis, magna m^{r} et amatrix fr^{um}, in festo b. Cerbonis ep^{i} et confessoris[2]), cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare cum vigiliis et missa et visitacione sepulchri. Testata fuit 60 ℔ ₰, que post mortem debebant cedere fr^{ibus}. Sed ego fr. Hainricus, tunc[d]) gardianus, in magna necessitate positus primo anno inscia d^{a} expendi 30 ℔ ₰ in vindemia et secundo anno pro pane et aliis necessariis alias 30. Habuimus etiam ab ea vasa argentea plura, que vendita sunt pro 37 ℔ ₰. Dedit eciam gard(iano) fr^{i} Hainrico, suo confessori, unum calicem, qui habebat in pondere 2 marcas argenti et 3 lotones, et ornatum pro sac^{e}, pro n^{is} usibus et multa alia.

11. V. id. D. Chueno quondam mag. monete, cuius anniv. celebretur [propter multa beneficia, que fr^{es} ab eo perceperunt, et adhuc in quatuor festivitatibus b. virginis ex ordinatione sue pitancie ministrantur]. D. Hainricus Malczchast, mag. camere d^{i} ducis Al-

---

a) *In margine iterum notatum:* Pilichdorf. b) *Praecedens nota colore rubro scripta.* c) *Vox colore rubro scripta.* d) *Super loco raso.*

1) *Gertrudis Hosinna a. 1349 obiit. Cf. supra p. 167 et p. 181 ad dies Ian. 11 et Iul. 14.* 2) *Oct. 10.*

berti[a]), ob. a. d. 1353, sepultus ante altare suum in capella b. Kather(ine), cuius anniv. solempniter celebretur, a quo fr^{es} habuerunt 200 ℔ ₰, excepto calice, anpullis argenteis, monstrancia, cappa de sameto, ornatu pro sac^{e} et quam plurimis aliis, quod eciam valuisset denarios. Et istis datis ad unum mensem ante mortem recommendavit se mihi fr^{i} Hainrico, dudum gard(iano), et sacriste fr^{i} Nicolao super animas n^{as}, sicut habemus respondere deo in novissimo die. Ita, gard(iane) p., ligo conscientiam vestram, quod ista servetis de missa, de vigiliis in suo anniv^{io} et de missa perpetua, sicut habetis deo respondere in novissimo die, vel quicumque succedet vobis.

12. IV. id. Anniv. [Ulrici[b]) filii Michahelis Harber, hic se(pulti)].

13. III. id. Anniv. d^{e} puelle Elle, que fuit domicella regine, celebretur, que dedit pro fr^{ibus} 10 marcas argenti.

14. II. id. D^{a} Gedrudis de Muling, hic se(pulta), cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia legavit nobis 5 marcas argenti.

15. id. D. Petrus eps. Marchopolensis, fr. n., qui ob. sub a. d. 1349, a quo fr^{es} habuerunt bonam elemosinam, videlicet 43 ℔ ₰, 12 vasa vini et unam bonam vineam in monte Chalichleiten iuxta Neunburgam, unam pulchram casulam de serico, duo paria libri missalis, item sua pontificalia, calicem[c]), anulos, vasa argentea, item 16 modios siliginis, item 8 modios tritici, item 5 modios avene, que omnia ego fr. Hainricus, dudum gard(ianus) Wienn., cum magno labore et tedio obtinui ab ep^{o} Patav. d^{o} Gotfrido[1]), et ideo fr^{es} tenentur ad suum anniv. et ad missam perpetuam, et committo gard(ianis) super animas eorum, quia predictus d. omnia, que habuit, dedit et commisit dispensacioni mee.

16. XVII. kal. [A. d. 1369 ob. d^{a} Elizabet Reysenpergerinna, hic se(pulta), cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare propter sua beneficia, quia receperunt 80 ℔ ₰ Wienn. et 16 ℔ ₰ sacristie pro lumine perpetuo ad chorum ante corpus Christi. A. d. 1374 ob. d^{a} Dyemudis de Lamberkh, mag^{a} curie illustrissime d^{e} ducisse Austrie, cuius anniv. fr^{es} tenentur facere cum vigiliis et missa pro defunctis semper proxima sexta feria post festum s^{i} Cholomanni martiris[2]), quia sincerissimo corde fr^{es} dilexit, velut multiplicibus promocionibus apud principes et maxime beneficiis personalibus frequentius ostendit, in speciali ex suo testamento, de quo fr^{es} bonas habent litteras, tenetur abb^{a} ad S^{am} Claram et perpetuo porrigere 2 ℔ ₰, de quibus 1/2 ℔ ₰ debetur sacristie pro candelis ipsius anniv^{ii}, de residuis tenetur gardianus fr^{ibus} facere consolaciones. Item antea dederat 50 ℔ ₰ pro subsidio edificii, transitus sedium superiorum, item solempnem et pulchrum ornatum pro sacristia. Plurima beneficia et sub-

---

a) *Super linea suppletum.* b) *Uncis inclusa haec alia manu super loco raso scripta.* c) calicem — argentea *in margine eadem manu suppleta.*

1) *A. 1342—1362 episcopo Pataviensi.* 2) *Hoc festum est Oct. 13, quod sexta feria fuit a. 1374.*

sidia, que contulit fr^{ibus} in communi et in speciali, nota sunt deo.]

18. XV. kal. A. 1361 ob. d. Reinpertus de Pilichdorf, dotator altaris iuxta concellos[a]) ferreos in capella b. Katherine, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia dedit vineam, que vendita est pro 70 ℔ ₰ minus 1 vel 2. Item testatus est domum suam in strata Pincernarum, que vendita est pro 40 ℔ ₰. Ab ipso etiam habetur[b]) casula de sameto blavii coloris. [Anniv. Leupoldi Hierenprech celebretur, hic se(pulti). A. d. 1373, XIX. die mensis Octobris ob. nobilis d. Wilhelmus com. de Monteforti et d. Pregancie, hic se(pultus), a quo habuimus 4 equos et arma. Tres equi venditi sunt pro 41 ℔ et 23 ₰, sed quartus equus venditus est pro 9 ℔ ₰ d^{o} de Pergawe.]

19. XIV. kal. Anniv. d^{e} Margarete Vulfenstorferinne celebretur, hic sepulte, que eciam habet perpetuam missam in altari corporis Christi, quia in necessitate dedit fr^{ibus} tres carratas de vino pro 2 ℔ reddituum et 34 ℔ ₰, et d. Wichardus tenebatur dare 2 ℔ ₰ omni anno, que redempte sunt pro 20 ℔ ₰ [tempore fr^{is} Hainrici Ratisponensis, tunc gard(iani) Wien.]. Anniv. generosi com^{is} d^{i} Wilhalmi de Monteforti celebretur, quia conventus recepit 70 ℔ ₰, pro quibus emptum est pratum in Achau, et successores sui statuerunt lampadem super sepulchro suo in choro coram sacramento, et debet ardere die ac nocte. Insuper predicans debet pronunciare animas videlicet ipsius et omnium progenitorum saltem in genere. Quod vero si per negligenciam secus factum aut actum fuerit, tunc heredes habent se intromittere de prato. Superfluam pecuniam dedit rev. p. fr. Petrus de Lambaco, lector Wienn., quia pratum fuit emptum pro 132 ℔ ₰.

20. XIII. kal. Anniv. Chunradi Podmer celebretur, quia dedit unam vineam, que vendita est pro 20 ℔ ₰. Anniv. Elizabet Sellatricis, hic sepulte, celebretur, quia fr^{es} habuerunt ab ea unum mantellum cum vario et unam tunicam et 7 ℔ ₰.

21. XII. kal. Anniv. d^{e} Petrisse senioris, ux^{is} d^{i} Ulrici de Wolfkerstorf, tenemur celebrare propter beneficia sue filie d^{e} Kather(ine) de Sunnberch, sicut infra habetur VI. kal. Decembris[c]) circa natalem d^{i} n^{i} Iesu Christi. [D^{a}[d]) Elizabet Schutbuerflinna, hic se(pulta) in ambitu.]

22. XI. kal. Anniv. d^{e} Yliane, que fuit consors Hainrici Hansgraf, celebretur, que fuit magna amatrix et benefactrix fr^{um}, hic se(pulta), et habet perpetuam missam.

24. IX. kal. [Anniv. Perchtoldi Oeder et sue ux^{is} K(atherine) peragatur, quia fr^{es} pro hoc (habent)[e]) 2 carratas de vino, ob. 1352.]

25. VIII. kal. Anniv. d^{i} Chunradi dicti Chergl et ux^{is} sue d^{e} Agnetis de Haewnesdorf celebretur, quia in magna necessitate succurrerunt fr^{ibus}, quando fuit caristia vini, cum 6 vasis vini et 4 modiis tritici, que tunc extendebant se ad 30 ℔ ₰. De hoc habent litteram conventus.

---

[a]) *Sic saepius cod.* [b]) *Sequitur* etiam *postea adiectum.* [c]) *Pez in nota correxit:* Ianuarii.
[d]) *Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta.* [e]) habent *supplevi.*

27. VI. kal. [Anniv. d^{e} Margar(ete) et sui mariti Wichardi publici notarii celebretur, quia fr^{es} habuerunt ab eis unam vineam, quam dederunt pro opere, et unum peplum, pro quo habuimus 8 ℔ ₰., pro vinea 14 ℔ ₰.a)] Anniv. Chonradi de Zwetla et Christine ux^{is} sue et Chunigundis m^{ris} sue et Anne ux^{is} sue semper peragatur cum vigiliis in die apostolorum Symonis et Iude et in crastino cum missa defunctorum valde solempniter propter sua multa beneficia. De hoc habent literam conventus.

28. V. kal. A. d. 1313 ob. d^{a} Elizabet, ser^{ma} quondam Romanorum regina1), sepulta in Chunigsveld apud sor^{es} S^{e} Clare, que fecit solempne testamentum. In suo anniv^{io} abb^{a} S^{e} Clare porrigit fr^{ibus} 2 ℔ ₰., in anniv^{io} d^{i} Alberti Romanorum regis2), mariti sui, 2 ℔ ₰. fr^{ibus} pro pitancia, in natali domini 3 ℔ ₰., et vocantur denarii offertorii, in anniv^{io} d^{i} Rudolfi filii sui, Bohemie regis3), 1 ℔ ₰., et isti denarii dantur de hiis locis: de una domo Huenpaiminne in der Revellukhen 3 ℔ ₰., item 2 ℔ ₰. de una domo in Antiquo foro Equorum, an dem Alten Rossmarcht, dudum Engelschalchinneb) sun, item de domo in Novo foro dudum Maurpergerinne 2 ℔ ₰., item unter den Laeuben de cellario Gwantcheller dudum Petri Engelschalch 2 ℔ ₰. [D. Albero de Alramstorf ob., hic se(pultus) ante sacristiam.]

29. IV. kal. A. d. 1357 ob. d^{a} Margareta Seifridinna, cuius anniv. tenentur celebrare, quia testata est fr^{ibus} 4 ℔ ₰. reddituum, quas fr. suus Lucas hansgravius, tunc mag. civium, porrigere habet, 2 de anniv^{io} suo, item 2 de anniv^{io} Ulrici Puechser quondam sui mariti.4) [Nihil datur.]

31. II. kal. Anniv. d^{i} Ulrici senioris prope fr^{es} celebretur et solempniter, quia testatus est pro fr^{ibus} 8 ℔, duas pro suo anniv^{io} pro pitancia, item 2 ℔ ₰. pro pitancia in assumptione virginis gloriose, item in nativitate d^{i} 3 ℔ ₰. pro vestitu fr^{um} et 1 ℔ sacristie in festo b. Georii pro lampade, et tenemur ad perpetuam missam ad capellam b. Iohannis, ubi est sepultus, et sui nepotes porrigunt, specialiter d. Iohannes. [Predictus d. deberet porrigere fr^{ibus} singulis annis conventui 6 ℔ ₰., sacristie unam.]

NOVEMBER.

2. IV. non. [D^{a}c) Katherina Christaninna ob., hic se(pulta) in ambitu, que fuit matertera procuratricis n^{e}, a qua habuimus 20 ℔ ₰. pro vindemia, et fr^{es} ligaverunt se ad anniv. cum littera conventus.] Anniv. Eklinid) pabulatoris et Gisle ux^{is}, sue semper peragatur feria secunda post festum omnium s^{orum}.

3. III. non. [D. Waltherus de Laubek et d. Fridericus, mil^{es} Swevi, hic se(pulti).]

---

a) pro vinea 14 ℔ ₰. *colore rubro scripta.* b) *Hoc nomen ex parte super loco raso scriptum.* c) *Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta.* d) *Sequitur* p *exstinctum.*

1) *Ux. Alberti I. Romanorum regis.* 2) *Albertus I. Romanorum rex, occisus kalendis Maii a. 1308.* 3) *Rudolfus I. Bohemiae rex ob. V. non. Iulii a. 1307.* 4) *Cf. supra p. 186, Sept. 7.*

4. II. non. [Fr^{es} tenentur facere anniv. d^{e} Katherine Senftinne propter sua beneficia, que fecit fr^{ibus} una cum marito Hainrico Senft. Pro hoc absque marito dedit 10 ℔ ₰. et ipse 16 ℔ ₰.]

5. non. [D^{a} Chunigundis ux. d^{i} Iacobi de Eslarn ob. a. 1360, hic se(pulta). Tenemur facere anniv., quia recepimus 3 vasa vini.]

6. VIII. id. [D^{a} Clara Slintenbeininna ob., hic se(pulta). Anniv. Lienhardi Pollonis celebretur, quia recepimus 22 ℔ ₰., et ideo tenemur sibi. Anniv. K(atherin)e ux^{is} Pilczlini Piscatoris fr^{is}, ex cuius testamento habet conventus 1 ℔ ₰. et ex parte operis de domo sita super cimiterio n^{o}, quam edifficavit mag. operis de novo, et habet gardianus dare pietanciam de piscibus de $^{1}/_{2}$ ℔.]

9. V. id. [D. Otto de Zelking de Schonnek, se(pultus) ante sacristiam.]

10. IV. id. [Anniv. Stephani Stroeler celebretur, quia per annum et ultra fr^{es} ab ipso receperunt omni septimana 7 *β.* ₰.]

11. III. id. Anniv. Matze de Castro et m^{ris} sue d^{e} Christine celebretur, quia testata fuit pro fr^{ibus} unam domum in cimiterio n^{o}, et de hoc habent litteram conventus.

[Nota, quod in festo b. Martini Georius Mansperger et Thomas Zystler habent porrigere omni anno unusquisque ex eis 6 *β.* ₰. de vinea sua in dem Metzleinsperg pro anima et anniv^{io} Elizabet pedisseque d^{e} Gedrudis de Chranperch, sed redempti sunt pro 6 ℔. tempore fr^{is} Leupoldi de Praysteten, tunc gardianus[a]) loci.]

14. XVIII. kal. A. d. 1351 ob. d^{a} Iohanna ducissa[1]), consors ill^{mi} d^{i} Alberti ducis Austrie, cuius anniv. celebretur, quia recepimus ab ea in testamento 10 ℔ ₰.

15. XVII. kal. Anniv. d^{i} Conradi cap^{i} ad S^{am} Margaretam, dicti Fuerter, hic se(pulti), celebretur, quia dedit duos libros pro libraria n^{a}, [se(pultus) in capella b. K(atherine)].

16. XVI. kal. [In eodem festo[2]) heredes d^{e} Gedrudis de Chranperch habent porrigere 1 ℔ ₰. pro anniv^{io} in epiphania d^{i} annotato.[3]) D^{a} Chunigundis, relicta d^{i} Ottonis de Pilichdorf, m^{r} fr^{um}, hic se(pulta), ob. a. 1340.]

18. XIV. kal. Anniv. Christine de Castro fr^{es} tenentur celebrare, quia testata fuit unam vineam pro domo animarum[b]), de qua omni anno predicte sor^{es} porrigere tenebantur fr^{ibus} 1 ℔ ₰., quam libram infra 16 annos numquam recepimus, et quia sepe dicte sor^{es} colere non poterant, mag. operis, qui tunc erat, se de vinea intromisit, sed non minus ligamur anime ad anniv. peragendum.

21. XI. kal. Anniv. d^{i} Chunradi de Ekkartzawe, hic se(pulti), tenentur fr^{es} celebrare, quia testatus fuit pro fr^{ibus} 10 ℔ ₰. tempore fr^{is} Hainrici, dudum gard(iani), et sacristie 3 ℔ ₰.

22. X. kal. Wernhardus dictus Steger, hic se(pultus), ob., cuius anniv. celebretur, quia ab ipso fr^{es} perceperunt 16 tal. ₰.

---

a) *Corrig.:* gardiani. b) *Corrig.:* d^{arum}.

1) *Iohanna filia Ulrici comitis de Pfirt ob. XVII. kal. Decembris a. 1351.* 2) *Otmari abbatis.* 3) *Rudolfi de Chranichperch Ian. 6, p. 167; cf. p. 175, April. 5.*

23. IX. kal. D^{a} Elizabet Dapifera ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia dedit pro nobis unam bonam vineam sitam in Neunburga, que vendita fuit pro 28 ℔ ₰. [D. Chunradus Ungnad, se(pultus) in capella b. K(atherine).]

24. VIII. kal. Anniv. fr^{is} Martini, min^{ri} Austrie, p^{is} rev^{i}, dudum lectoris Wienne, celebretur, quia procuravit magnam crucem in choro, videlicet arborem Boneventure, que constat 140 ℔ ₰., exceptis aliis beneficiis, que fr^{es} per ipsum perceperunt, [sicut in anniv^{io} d^{e} Witiginne IX. kal. Augusti invenitur]. D. Iohannes de Ratpach ob., hic se(pultus), qui testatus est pro fr^{ibus} [2 ℔ redditum in locis infra scriptis videlicet. D. Hermannus de Sunnberch, se(pultus) in ambitu ante capellam corporis Christi]. Anniv. d^{i} Ulrici Zinkonis et progenitorum suorum semper peragatur cum vigiliis in die s^{e} Katherine et in crastino cum missa defunctorum. De hoc habet litteram conventus.

27. V. kal. Anniv. Gedrudis de Wolfkerstorf celebretur, hic se(pulte), a qua fr^{es} habuerunt[a]) unam domum, que vendita est pro 18 ℔ ₰. Hic peragatur anniv. Stephani de Harena, dictus[b]) Surich, et Margarete et Anne, ux^{um} suarum, quia de hoc habent litteram cum sigillo conventus, et conventus recepit super hoc 12 ℔ ₰., et hoc fit semper tercia feria post Katherine.

29. III. kal. [Fr. Valentinus predicator et confessarius civitatis, qui fecit fieri picturam in ambitu, se(pultus) sub libraria.]

DECEMBER.

1. kal. Anniv. Chunradi Cherglini et sue ux^{is} d^{e} Ofmie[c]) celebretur, quia testatus est una cum ux^{e} domum suam pro fr^{ibus} et suam vineam[d]), [destructa est, se(pultus) in capella b. K(atherine), ubi intratur.] Officium pro p^{ibus} et m^{ribus} omnium fr^{um} fiat ultima feriali die in ebdomada ante adventum d^{i}.

2. IV. non. [D^{a} Perchta Chetnerinna ob., hic se(pulta), a. d. 1322 et Chunradus Chetner maritus eius, in eodem sepulchro sepultus, et tenemur ad anniv., quia omni anno recipimus 1 ℔ ₰., et porrigitur de domo Ulrici Sartoris de Welsa iuxta domum Wekherlini bis in anno semper $\frac{1}{2}$ ℔ ₰., et pitancia detur in festo b. Barbare virginis.[e]) Aliquid etiam porrigitur a suis heredibus.]

3. III. non. [Domicellus Georius, fil. Thetschani, ob., hic se(pultus) in sepulchro de Rappach, cuius[f]) anniv. facimus in vigilia b. Georii martiris, eodem die p^{i} suo et m^{ri}.]

5. non. Anniv. Dietrici Schilicher de Neunburga et ux^{is} eius d^{e} Chunigundis, quia dederunt fr^{ibus} 10 ℔ ₰.

6. VIII. id. Anniv. d^{e} Margarete procuratricis n^{e} celebretur, quia dedit fr^{ibus} 20 ℔ ₰. Anniv. d^{e} Chunigundis de curia camere celebretur, et d. de Ratpach illo die habet dare pitanciam de 14 β. et 20 ₰.

7. VII. id. D^{a} Chunigundis Volchmarinna de Gretz, hic se(pulta), cuius anniv. celebretur. [A. d. 1353 ob. nobilis d^{a} Agnes de Lieckenstain, magna amica fr^{um}, se(pulta) ante sacristiam.]

---

a) *Sequentia super loco raso scripta.* b) *Corrig.*: dicti. c) d^{e} Ofmie *super linea suppletum.* d) suam vineam *deletum.* e) *Vox colore rubro scripta.* f) cuius — m^{ri} *colore rubro scripta.*

8. VI. id. Mag. Chunr(adus) Carpentarius, hic se(pultus), [cuius anniv. celebretur propter servitia filiorum, videlicet gardiani Wienn. et Goriczensis]. Anniv. Martini Phefferbein celebretur, hic se(pulti), quia dedit fr^{ibus} 10 ℔ ₰. Ob. a. d. 1360, et heredes habent litteram conventus, et peragatur feria V. post festum b. Nicolai.

9. V. id. Anniv. d^{i} Dyetegen de Chastln, ob. a. d. 1318, hic se(pultus), cuius anniv. celebretur, quia fr^{es} ab eo 40 ℔ ₰. receperunt. A. d. 1444 et feria secunda post concepcionem virginis gloriose ob. d. Stephanus Wirsing et dictus d. testatus est conventui 32 ℔, quas conventus recepit in prompta pecunia, tali adiuncta condicione, quod fr^{es} tenentur sibi peragere anniv. perpetuum in die obitus sui infra octo dies ante vel post concepcionem gloriose virginis de sero cum vigiliis et de mane cum officio defunctorum cum 12 accensis circa ornatum feretrum candelis, et anniv. semper debet pronunciari dominica ante in ambone, sicut moris est. Quod si per negligenciam aut fraudulenciam secus actum fuerit, tunc conventus tenetur dare ad hospitale civium 1 ℔ ₰. et adhuc supplere negligenciam.

10. IV. id. [D. Albertus[1]) eps. Ratisponensis ob., hic sepultus in choro fr^{um} sub cruce.] Anniv. d^{i} Stephani Wiersing mil^{is} celebretur, quia conventui testatus est 32 ℔.

12. II. id. A. d. 1356 ob. com. Ulricus de Sternberch, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia dedit fr^{ibus} 40 ℔ ₰., et in exequiis suis habuimus duos equos, magnum et minorem, pro quibus habuimus 50 ℔ ₰. [Anniv. sor^{is} Clare Reichinne, abb^{e} S^{e} Clare, celebretur, quamdiu vivit et eciam dum moritur, quia fr^{es} omni anno recipiunt ab ea 1 ℔ ₰., quam perpetuabit, et quamcumque missam petit, illam habemus cantare.]

13. id. Anniv. Chunradi scriptoris Pollonis celebretur, quia dedit fr^{ibus} simul 50 ℔ ₰. Anniv. d^{e} Elizabet Paumgartnerine celebretur, que ob. sub a. incarnacionis 1367, sepulta in capella b. K(atherine). [D^{a} Perchta de Chranperch, hic se(pulta). D^{i} Hainrici de Rappach, hic sepultus[a]), obitus suus a. d. 1385 in die Lucie virginis.[2])]

Nota, quod omni anno feria quarta quatuor temporum peragitur anniv. d^{arum} Margarete et Agnetis, ux^{um} Symonis Wyzent de Neunwurga.

14. XIX. kal. Anniv. d^{e} Anne[3]), filie regis Friderici[4]), abb^{a}[b]) S^{e} Clare[c]), cuius anniv. celebretur, quia fr^{es} ab ea perceperunt in magna necessitate 50 ℔ ₰., et illo die detur fr^{ibus} pitancia. De hoc d^{e} ad S^{am} Claram habent litteram conventus, et peragatur anniv. mariti sui d^{i} Iohannis com^{is} de Goricio. [D. Colm(an)us, fundator capelle s^{i} Nicolai ante sacristiam, ob. 1301. Ob. Albertus, tunc gard(ianus) Wienn.]

15. XVIII. kal. [Anniv. sor^{is} Chunigundis de Rappach, dudum abb^{e} S^{e} Clare, celebretur, quia fr^{es} omni anno recipiunt ab ea, quamdiu vivit, 9 *β*. ₰. pro missis ad placitum suum cantandis et 3 *β*. ₰. pro 30

---

a) *Corrig.*: sepulti. b) *Corrig.*: abb^{e}. c) *Sequitur deletum*: ob.

1) *De Pietengau 1247—1260.* 2) *Dec. 13.* 3) *Ob. a. 1343.* 4) *III. regis Romanorum.*

missis legendis et post suam mortem porrigit idem claustrum et hoc perpetue.]

16. XVII. kal. Anniv. d^{e} Gerwirgis dicte Hauslinna, maxima amatrix[a]) fr^{um}, ob. a. d. 1333, hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia edificavit nobis dormitorium superius et multa alia beneficia fecit, sepulta ante capellam corporis Christi.

17. XVI. kal. Anniv. d^{i} Ottonis de Zelking celebretur, hic se(pulti), propter beneficia sue relicte[1]), sicut habetur supra V. kal. Augusti.[2]) [Anniv. d^{i} Ulr(ici) de Gruenberch, se(pulti) in capella b. K(atherine). D. Dietricus pincerna de Dobra, sepultus ante sacristiam.]

19. XIV. kal. Anniv. d^{i} Dietrici Flusthardi[b]) peragatur singulis annis per duos dies consequenter, sicut in registro conventus invenitur in fine huius libri[c]), et hoc cum vigiliis et missa.

20. XIII. kal. Anniv. d^{i} Piber sive Castoris [de Wald] et sue ux^{is} d^{e} Gisle celebretur, hic se(pultorum), quia dederunt fr^{ibus} 20 ℔ ₰.[d]) Anniv. d^{i} Friderici Hauzzonis et sue ux^{is} celebretur, quia habuimus ab eo unum equum, qui venditus fuit pro 40 ℔ ₰., de quibus edificavimus magnam stuppam in longa domo. Ab eodem habemus 9 β. ₰. redditum pro lampade corporis Christi.

21. XII. kal. Anniv. Ulrici Praeunreich, hic se(pulti) in cimiterio iuxta chorum, celebretur, quia relicta sua dat fr^{ibus} omni anno 1 ℔ ₰., fr^{ibus} pro pitancia ter in anno semper 80 ₰.

25. VIII. kal. A. d. 1327 in die natalis d^{i} sub missa in galli cantu ob. d. Dietricus de Pilichdorf[e]), marschalcus terre Austrie et amicus fr^{um} maximus, hic se(pultus) in capella b. Katherine virginis et martiris, cuius capelle ipse fundator extitit. Dedit eciam fr^{ibus} 200 ℔ ₰., et ideo ipsius anniv. solempniter celebretur. Habet enim ibidem 2 missas perpetuas. Sic se fr^{es} ligaverunt. Ista die sor^{es} S^{e} Clare habent porrigere 3 ℔ ₰. ex parte d^{e} Elizabet Romanorum regine, sicut in privilegio continetur, [et V. kal. Octobris[f]) in festo Symonis et Iude].

27. VI. kal. A. d. 1347 ob. d^{a} Katherina de Sunnberch, relicta d^{i} Chraftonis de Sunnberch, maxima m^{r} et benefactrix fr^{um} Minorum in generali et in speciali, cuius anniv. tenentur celebrare solempniter valde, quia uno anno dedit pro ecclesia n^{a} 72 tal. ante suam mortem ad 10 annos vel plus, ut eius anniv., quamdiu viveret et etiam dum moritur, singulis annis celebretur, et habet perpetuam missam.

Nota etiam, quod sepe dicta d^{a} Katherina de Sunneberch[g]) sequenti estate dedit 30 ℔ pro opere ecclesie n^{e}, pro conventu 30 et pro fr^{ibus} in speciali 10, et post mortem petivit suffragia ordinis sicut fr^{i}, exceptis beneficiis innumeris, ut premisi. [Dedit etiam sacristie ornatum integrum de sameto viridi[h]) coloris, ornatum cum perlis super solem, et crucem argenteam deauratam.]

28. V. kal. Anniv. d^{e} Anne ux^{is} d^{i} Reinperti de Pilichdorf celebretur, quia dedit fr^{ibus} 30 marcas argenti. D. Otto de Puerstendorf, fr. d^{i}

---

[a]) *Corrig.:* Hauslinne, maxime amatricis. [b]) *Nomen in margine iteratum.* [c]) in fine huius libri *colore rubro suppleta.* [d]) *In margine alia manu notatum:* vigilia. [e]) de Pilichdorf *in margine suppletum.* [f]) *Corrig.:* Novembris. [g]) Sunnebch *cod.* [h]) *Corrig.:* viridis.

[1]) *Elizabet.* [2]) *Septembris potius, supra p. 185.*

Wichardi et d^{i} Ulr(ici) circa fr^{es}, ob., hic sepultus, cuius anniv. celebretur. Testatus fuit 4 ℔ ₰ reddituum, sed per multos annos nichil datum est. [Solum habemus ½ ℔ ₰., ut in registro continetur.] Anniv. d^{e} Margar(ete), que fuit m^{r} d^{orum} de Pilichdorf, celebretur propter ius montanum in Neunburga.

29. IV. kal. D. Hermannus de Chranperch ob.

30. III. kal. D. Bernhardus Haeuzzo ob., cuius anniv. celebretur propter sua beneficia.

NOTAE DE SEPULCRIS PATRUM MINORUM AD S. CRUCEM VINDOBONAE.

Sepultura principum in choro fratrum Minorum.[a])

Ante altare in choro inmediate sepulta est ser^{ma} d^{a} d^{a} Elizabet, consors d^{i} Friderici Romanorum regis, filia regis Arrogonie[1]), que ob. sub a. 1330 in festo b. Margar(ete).[b])[2])

Infra gradum intra cancellos ferreos sepulta est[c]) d^{a} Blanka ducissa Austrie, consors d^{i} Ruedolfi ducis[b]), filia d^{i} Philippi regis Francie, que ob. sub a. 1305.[3])

[Sepulchrum d^{e} Agnetis com^{e} de Heunburch, que ob. 1295.][b])

In eodem sepulchro d^{a} Margareta[4]) marchionissa de Tyrolis in Athaso, que ob. sub a. 1369.

Sub cruce d. Albertus eps. Ratisponensis, qui ob. sub a. 1200[d])[5]), IV. id. Decembris.[b])

[(A)nte altare trium regum[e])] est sepultura com^{is} Chunradi de Schawnberch de Oert, qui ob. sub a. 1353.

Sepultura aliorum nobilium ante sacristiam.[a])

Inmediate ante ianuam sacristie hii sunt sepulti sub primo lapide, ubi littera A.[f])

D^{a} Petrissa de Liechtenstain de Nicolspurga 1318, II. kal. Aprilis.

D^{a} Petrissa de Pergawe de Liechtenstain 1292.

D^{a} Agnes de Liechtenstain, [ob. 1353, ibidem[e])] cum filia d^{a} Anna de Chranichperch, que ob. sub a. 13[57, II. id. Februarii[e])].

Sub secundo lapide marmoreo, ubi littera B, sepulti sunt hii[a]):

D^{a} Petrissa de Wolfgerstorf senior 1305, XII. kal. Novembris.

D^{a} Petrissa iunior de Wolfgerstorf 1298, IV. id. Aprilis.

D. Iohannes de Wolfgerstorf 1301.

D^{a} Katherina Tuersinna, consors d^{i} Reinperti de Marchperga.

D^{a} Katherina de Sunnberch, relicta d^{i} Chrafftonis de Sunnberch, ob. 1347.

D^{a} Iohanna relicta d^{i} Reinperti Tuersonis de Sunnberch ob. 1360, VI. id. Maii.

[D^{a} Margareta de Zelking ob. 1359, VII. id. Octobris.][g])

Sub tercio lapide marmoreo, ubi littera C, sepultus est[a])

d. Reinpertus de Eberstorf, ob. 1288.

---

a) *Hic titulus colore rubro scriptus.* b) *Sequitur locus rasus.* c) sep. est *supra lineam suppletum.* d) *Sequitur spatium vacuum.* e) *Uncis inclusa super loco raso scripta.* f) *Littera colore rubro scripta.* g) *Sequitur nota erasa.*

1) *Iacobi II.* 2) *Iul. 12; cf. supra p. 181.* 3) *Cf. supra p. 173, Mart. 19.* 4) *Maultasch cognominata.* 5) *Cf. supra p. 194, n. 1.*

Sub quarto lapide marmoreo sunt hii sepulti, ubi littera D[a]):

Da Margareta mr di Chraftonis de Sunberch, ob. 1300.

Da Brigida mr di Reinperti de Liechtenvels.

In quinto sepulchro sub lapide[b]) marmoreo sepultus est fr. Hainricus de Preysing, confessor ducum Austrie, solempnis homo, ubi littera E[c]), et sic est exspedita prima linea.

Secunda linea lapidum[b]):

inmediate iuxta murum sacristie est[d]) sepultura di Chunradi Praitenveldarii milis, qui ob. 1319. a., ubi littera F[c]), et sua ux. cum filia, que fuit ux. Haymonis civ. Wienn., que ob. 1313, et alia filia Gedrudis, que ob. 1340, ubi mr.

In secundo sepulchro d. Sifridus pincerna de Dobra, qui ob. 1313, ubi littera G.[c])

In eodem sepulchro da Anna pincerna de Dobra, matertera sua, quondam maga curie de Iohanne ducisse, 1357, VI. id. Augusti.

Tercium sepulchrum nescimus cum lapide marmoreo, ubi littera H.[c])

In quarto sepulchro da Agnes de Valchenberch, ubi littera I[c]), 1300.

In tercio ordine lapidum versus ianuam ambitus iuxta murum sacristie: d. Ulricus de Riczendorf mil., ob. 1307, ubi littera K.[c])

In secundo sepulchro in eadem linea sub lapide marmoreo d. Otto de Zelking de Schoenek, ob. 1300, ubi littera L.[c])

[e]) In tercio sepulchro sub lapide albo d. Ruegerus de Hippelstorf, ob. 1313, sepultus sub littera M.[c])

In eodem sepulchro da Gerwirgis Prutzendorferinna, ob. 1300.

In quarto sepulchro sub lapide marmoreo cum picario sculpto d. Albero de Alramstorf, ob. 1313. In eodem sepulchro ux. sua, ob. 1318.

Ibidem due filie eorum Kather(ina) et Katherina. Hii omnes sepulti sunt, ubi littera N.[c])

In quinto, ubi non lapis, inmediate iuxta concellos capelle si Nicolai d. Colinus civ. Wienn., ob. 1301, sepultus, ubi littera O.[c])

In eadem capella est sepultura di Wichardi circa fres et ob. 1352.

Item due uxes filii sui di Iohannis, Sigawn et Anna, ubi littera P.[c])

In capella corporis Christi[b]) sepultura di Wernhardi Hauzzonis[f]) et filii sui di Friderici Hauzzonis.

In capella si Iohannis[b]) est sepultura di Ulrici circa fres senioris et filii[g]) sui[g]) di Ottonis et uxis eorundem et[g]) hoc sub lapide magno, ubi littera . .[h])

Item in sepulchro iuxta murum sub fenestra sepultus est d. Ulricus fil. senioris, ubi littera . .[h]), et d. Ulricus iunior circa fres.[g])

In eadem capella iuxta ianuam fr. Griffo fr.[i])

Isti sunt sepulti in capella b. Katherine virginis[k]):

Sepultura di Dietrici de Pilichdorf, marschalci terre[b]), est [l])inter altaria videlicet b. Katherine et b. Georii, et est elevatum sepulchrum, quod est inter concellos, ubi littera A.[c])

Ante altare b. Katherine inmediate iuxta murum est sepultus d. Petrus eps. Marchopolensis, ordinis Minorum, ob. 1349, ubi littera B.[m])

---

a) *Hic titulus colore rubro scriptus.* b) *Praecedens huius notae pars linea rubra supposita distincta.* c) *Littera colore rubro scripta.* d) *Supra locum rasum.* e) *Praecedit locus rasus maior.* f) di Wernhardi Hauzzonis *super loco raso scripta.* g) *Sequitur locus rasus parvus.* h) *Littera colore rubro scripta radendo deleta.* i) *Sequitur locus rasus maior.* k) *Praecedens nota colore rubro scripta.* l) *Sequens huius notae pars super loco raso scripta.* m) ubi littera B *colore rubro scriptum.*

Ante medium altaris b. Katherine sepultus est d. Hainricus[1]) eps. Laventinensis, doctor decretorum et can. Saltzburgensis, ob. 1342, ubi littera C.[a])

Ante altare b. Georii sepultum est cor regis Otachri[2]), regis Bohemie, ubi littera D.[a])

Ante idem altare parum infra cor et interiora omnia com^{is} Ulrici de Phannberch, ubi littera E.[a])

Sepultura d^{i} Hainrici [b]) de Potendorf, filii d^{i} Chunradi de Potendorf, ob. 1322, XIV. kal. Maii sub primo lapide fracto.

Infra gradum [b]) extra concellos d. de Werd in eodem sepulchro, ubi littera F.[a])

Sub [c]) secundo lapide marmoreo parvo sepulta est d^{a} Alhaidis de Polnheim et sor. sua d^{a} Chunigundis de Ternberch, ob. 1300, ubi littera G.[a])

Sub tercio lapide inmediate iuxta altare due ux^{es} d^{i} Hainrici de Prunn, quarum una fuit de Losenstain, ubi littera H.[a])

In secundo ordine lapidum, ubi lapis non est, sed lateres:

sepultus est com. Ulricus de Chaltzenelpogen, ob. 1294, ubi littera I.[a])

[d]) In secundo sepulchro d. Hermannus de Chranperch senior cum ux^{e} d^{a} Gedrude et filio [b]) suo d^{o} Hermanno de Chranperch, ubi littera K.[a])

In tercio sepulchro sub lapide marmoreo [e]) d. Otto com. de Sternberch, ob. 1341, V. kal. Septembris, ubi littera L.[a])

In eodem sepulchro com. Ulricus de Sternberch, fil. fr^{is} sui, ob. 1356.

Sepulchrum d^{orum} [f]) de Pilichdorf, ubi forte XL corpora sunt sepulta, et omnia sub altari inmediate ante concellum, preter duo, videlicet d^{e} Offmie de Prunn, que fuit filia d^{i} Ulr(ici) de Pilichdorf [b]) et d^{i} Reinperti, qui fuit fil. d^{i} Reinperti et nepos d^{i} Ulrici de Pilichdorf.

Ibidem d. Otto de Pilichdorf et ux. sua d^{a} Chunigundis et iam nominatus d. Ulricus cum ux^{e} et filio d^{o} Reinperto, ux^{e} d^{a} Anna, ubi littera M.[a])

In tercio ordine lapidum:

[e]) d. Eckko[3]) de Liechtenberch, ob. 1321, XV. kal. Aprilis, ubi littera N.[a]) sub primo lapide marmoreo.

[g]) In eodem sepulchro sepultus est d. Albertus dictus Nothaft, ob. 1324, IX. kal. Iunii, ubi littera N.[a])

Sub secundo lapide [e]) d. Ioh(annes) de Gruenberch, fil. d^{i} Ulrici, ob. 1331 in festo b. Kather(ine). In eodem sepulchro [e]) d^{a} Osanna m^{r} eius, ubi littera O.[a])

Sepultura d^{i} Chunradi Hailpechonis, ubi littera P[a]), ob. 1344, II. non. Maii [iuxta altare Malczchastonis].

In quarto ordine lapidum iuxta scampnum[h]), ubi non est lapis, sed lateres, est sepultura d^{i} Marchardi de Tuedenhoven, ob. 1329, III. kal. Aprilis, ubi littera Q.[a])

In secundo sepulchro, ubi non est lapis[h]), sed lateres, d. Chunradus Locher, patruus d^{e} Elle de Potenstain, ob. 1318, VII. kal. Marci, ubi littera R.[a])

In tercio sepulchro sub lapide[h]) marmoreo, ubi littera S[a]), sepulta est d^{a} Ella de Potenstain et sue sor^{es} et d^{a} Elizabet Hailpechinna, amatrices fr^{um}, que[4]) ob. 1339, XIV. kal. Iulii. Hailpechinna ob. 1343, IV. non. Maii.

In quarto ordine lapidum sepultus est[h]) d. [i]) Bernherus advocatus de Staufen, ob. 1327, III. id. Septembris, ubi littera T.[a])

---

a) *Littera colore rubro scripta.* b) *Sequens huius notae pars super loco raso scripta.* c) Sub — 1300 *supra locum rasum scripta.* d) *Praecedit locus rasus maior.* e) *Sequens huius notae pars linea rubra supposita distincta.* f) *Sequitur exstinctum iteratum:* d^{orum}. g) *Sequens nota super loco raso scripta.* h) *Praecedens huius notae pars linea rubra supposita distincta.* i) *Colore rubro super linea suppletum.*

1) *Cf. supra p. 182, Iul. 27.* 2) *Cf. supra p. 185, Aug. 26.* 3) *Okko dictus supra p. 172, Mart. 18.* 4) *Ella scil.; cf. supra p. 181, Iul. 19 (non Iun. 18).*

In eodem sepulchro Herwigus Chrotendorfer mil., ob. 1350.

Sepultura nobilis d^{i} in secundo sepulchro sub lapide marmoreo[a]) d^{i} Nicolai de Robertis de Tripoli de Regio civitate Lambardie, ob. in die pasce[1]) et sepultus in habitu fr^{um} 1370, XIV. die mensis Aprilis, ubi littera V.[b])

In tercio sepulchro sub lapide[a]) marmoreo, ubi littera X[b]), sepultus est d. Ioh(annes)[c]) de Tule de ducatu Gelrie, ob. 1342, III. non. Aprilis.

Sepultura Maltzchastonis[a]) d^{i} Hainrici, mag^{i} camere d^{i} ducis Alberti[2]), ob. 1353, ubi littera Y.[b])

Infra idem sepulchrum sepulti sunt aliqui custodes: fr. Ulricus de Leizz, fr. Lambertus, fr. Dietricus, dudum min^{r}, fr. Rapoto de Anaso, confessor d^{i} Alberti ducis, Z.[b])

Revertendo ad concellum ante altare b. Georii martiris sepultus d. Scheneko de Lippa, ob. 1318, VII. kal. Septembris, ubi littera A.[b])

Sub secundo lapide iuxta scampnum est sepultura d^{i} Ulrici de Chlingwerch, ob. 1316, X. kal. Septembris.

In eodem sepulchro[d]) fil. suus d. Hainricus de Chlingberch, ob. 1303, XIII. kal. Septembris, ubi littera B.[b])

Iuxta[e]) sepulchrum d^{orum} de Pilichdorf est sepultura in secundo ordine lapidum d^{i} Dietegen de Chastl de Babaria[f]), ob. 1313[g]), V. id. Decembris, ubi littera C.[b])

In secundo sepulchro, ubi littera D, sepultus est d. Chunradus dictus Harwune[3]), ob. 1319, V. kal. Aprilis.

In tercio sepulchro iuxta murum sepultura d^{orum} de Chranichperch, d^{i} Ruedolfi et filii sui et d^{e} Soffie, que fuit ux. d^{i} Ruedolfi, sub lapide marmoreo, ubi littera E.[b])

In quarto ordine lapidum iuxta sepulchrum d^{orum} de Pilichdorf d. Marchardus de Hakenberch, ubi non est lapis, ubi invenitur littera C[b]), ob. XIII. kal. Aprilis.

In secundo sepulchro sub lapide marmoreo d. Chunradus Ungnad, ob. 1340, IX. kal. Decembris, ubi littera F.[b])

Iuxta scampnum, ubi non est lapis, d. Chunradus de Ekkartzawe, ob. 1340, XI. kal. Novembris[4]), ubi littera G.[b])

In eodem sepulchro d^{a} Elizabet Pawngartnerinna 1300.

[Ibidem d. Chadoldus de Paungarten, ob. 1300, VIII. id. Aprilis.

In eodem sepulchro d. Fridericus Paungartner, ob. 1365, VI. id. Aprilis.]

In quarto ordine lapidum iuxta altare Maltzchastonis sepultus est[h]) de Sachsengange, ubi littera H[b]), ob. 1360, V. id. Iulii.

Sepulchrum d^{e} Elizabet Snetzlinne, ubi littera I[b]), ob. 1328, VII. kal. Septembris.

Sepulchrum Chunradi Eysenpautel, ubi littera K[b]), ob. 1332.

Sepulchrum domicelli Ottonis Ottenstainarii, ubi littera L.[b])

Sepulchrum d^{i} Ulrici Prueschinch, ubi littera M[b]), ob. 1345, idibus Octobris.

Sepulchrum d^{i} Ottonis de Weizzenberch et sue ux^{is}, ubi littera N.[b])

Sepulchrum d^{i} Ulrici Greci de Chernebrunne, ob. III. id. Marci, ubi littera O[b]), ibidem ux. et filia.[i])

---

a) *Praecedens huius notae pars linea rubra supposita distincta.* b) *Littera colore rubro scripta.* c) *Nomen colore rubro appositum.* d) sepulchro — Chlingberch *supra locum rasum scripta.* e) Iuxta — Babaria *super loco raso scripta.* f) *i. e.* Bavaria. g) *Necrologium supra p. 194 affert:* 1318. h) *Sequitur erasum:* fr. d^{i} Chunradi de Sachsengange. *Sequens huius notae pars super loco raso scripta.* i) *Sequitur nota radendo deleta.*

1) *April. 14. a. 1370.* 2) *Alberti II. ducis Austriae, Claudi cognominati.* 3) Hoerbunne *dictus supra p. 174.* 4) *Decembris potius; cf. supra p. 192.*

Infra gradum capelle sunt hii sepulti post sepulturam et litteram Z[a]):

Sepulchrum in introitu capelle a sinistris iuxta murum capelle b. Ioh(ann)is ewan(gelis)te et bapt(is)te, sepultus est Hermannus Voegell civ. de Augusta, ob. 1316 in die assumptionis Marie, ubi littera P.[b])

Inmediate iuxta idem sepulchrum sepultus est domicellus Pertschi[1]) de Muling, ob. 1329, XII. kal. Iulii, ubi littera Q.[b])

Chunradus de Muling cum ux^{e} d^{a} . . . . .[c]), uno die sepulti V. kal. Septembris[2]) in eodem sepulchro.

Sub lapide marmoreo, ubi littera R[b]), sepulta est d^{a} Gerwirgis ux. d^{i} Ottonis de Eslarn, ob. 1313, IV. non. Aprilis.

Ibidem sepulta est d^{a} Gerwirgis filia eius[d]), m^{r} fr^{is} Ulrici de Funfchirchen, ob. 1329, IV. non. Aprilis.

Sub lapide marmoreo iuxta scampnum[e]) sepulta est d^{a} Volchmarinna de Gretz VII. id. Decembris et cum ea d^{a} Chunigundis super Statuam filia[f]), ob. 1357 in festo circumcisionis.[3])

Ibidem filia sua Pildunginna.

In eodem sepulchro d^{a} Chunigundis de Eslarn, ux. d^{i} Iacobi de Eslarn, ob. 1360 nonas Novembris.

Ibidem filia eiusdem d^{e} Chunigundis, que fuit consors d^{i} Christofori mil^{is} K, ob. 1362[g]), IV. kal. Marci.

Sepultura Zolronis. D^{a} Margareta ux. Zolronis, filia d^{i} Griffonis, ob. XII. kal. Augusti 1300, ubi littera S[b]), et ibidem Bernhardus, dictus Zollr.

Sepulchrum d^{e} Gedrudis de Tannberch, ob. in die s^{i} Benedicti, XIV. kal. Marci[4]) 1308, ubi littera T.[b])

Sepultura d^{i} Ulrici Pibronis, ubi littera G[b]), ob. VI. id. Iunii, et d^{i} Hainrici Piber et Pilgrimi de civitate, ob. 1328.

Sepulchrum d^{i} Sibotonis de Mitterndorf, ob. 1329, IX. kal. Februarii. Ibidem d^{a} Elizabet Scheurbekhlinna, ob. 1372, ubi littera V.[b])

Sepultura d^{i} Chunradi dicti Hager in sarcophago fr^{um} iuxta scampnum, ob. 1306, VIII. kal. Septembris, ubi littera V.[b]) Ibidem Werntzlinus Minnstral, ob. VIII. id. Ianuarii.[h])

Sepultura d^{i} Chunradi Chergl de Haewnestorf in medio sarkophago fr^{um} et d^{e} Agnetis ux^{is} sue 1300[i]), ubi littera X.[b]) In eodem sarkophago medio sor. Margar(eta) Fuezzinna, ob.[k])

In tercio sarcophago Hainricus Moeser ob. 1341 in festo s^{i} Viti, ubi littera Y.[b])

Sepulchrum d^{i} Chunradi Fuerter cap^{i} apud S^{am} Margaretam, ubi lapis marmoreus iuxta scampnum, ubi littera Z[b]), ob. 1300. In eodem sepulchro Albertus notarius d^{i} de Hals, dictus Iud, ob. 1330, II. id. Februarii.

In secundo sepulchro sor. Paungartnerinna, sor. fr^{is} Oswaldi Paeungartnarii lectoris, ubi littera A.[b])

Sepulchrum Chunradi Chergl, ob. 1360 kalendis Decembris, ubi littera B.[b])

In quarto sepulchro, ubi littera C[b]), sepultus est Ulricus Pentzo, servitor d^{i} Alberti ducis, ob. 1339.

---

a) *Hic titulus colore rubro scriptus.* b) *Littera colore rubro scripta.* c) *Spatium vacuum nomini supplendo relictum.* d) *Colore rubro super linea scriptum pro iis, quae exstincta sunt.* e) *Sequitur exstinctum:* ubi littera. f) *Colore rubro scriptum.* g) *Numerus ex parte colore rubro scriptus.* h) *Sequitur nota erasa.* i) *Post* mille *radendo deletum:* littera. k) *Dies obitus non appositus est.*

1) Perchtoldus *supra p. 180 ad XIII. kal. Iul.* 2) *Octobris potius; cf. supra p. 187.* 3) *Ian. 1; cf. supra p. 166.* 4) *Totius XIII. kal. April. supra p. 173. Dies s. Benedicti est Mart. 21.*

Sepultura d[orum] sub testudine ante chorum ex opposito oroloii[a]):

Sepulchrum d[i] Friderici Magenpucch, ob. 1307, V. id. Septembris, ubi littera D.[b]) Ibidem ux. sua d[a] Gedrudis X. kal. Augusti. In eodem sepulchro fr. Hainricus Ratisponensis, quondam gardianus loci, ob. 1349 in festo b. Francisci. Ibidem fr. Iacobus de Lincza, lector et confessor ducis Alberti.[1])

In secundo sepulchro d. Hainricus de Laubenberch, ob. IV. id. Maii 1301, ubi littera E.[b])

Tercium sepulchrum iuxta gradum ianue chori: sepultus est d. Hainricus de Greifenstain, ob. IV. non. Octobris, ubi littera F[b]), et d[a] Margareta de Greifenstain, ob. III. non. Marci.

Sepultura d[orum] de Rappach sub lapide marmoreo iuxta murum chori. Ob. d. Hainricus de Rappach senior IX. kal. Februarii[2]) 1339, ubi littera G.[b])

Ibidem d[a] Agnes ux. sua, ob. VII. kal. Februarii.

In eodem sepulchro Georius fil. d[i] Ortolfi Tetschonis, ob. IV.[3]) non. Decembris.

In eodem sepulchro d[a] Katherina ux. d[i] Hainrici iunioris de Rappach, ob. XIX. kal. Ianuarii[4]) 1358.

Sepulchrum proximum iuxta sepulchrum de Rappach: sepulta est d[a] Tueta de Losenhaim, ob. 1286, ubi littera H.[b])

Sepultura d[orum] de Zelking in n[a] ecclesia[a]):

D. Otto de Zelking antiquus ob. 1318, XVI. kal. Decembris, ubi littera I.[b])

In eodem sepulchro d[a] Elizabet ux. sua, ob. V. kal. Augusti 1300.

Ibidem d. Hainricus de Zelking, ob. XIV. kal. Augusti.

In eodem d. Stephanus de Zelking pleb. in Ruspach, ob. XIV. kal. Marci 1300.

Ibidem d[a] Wentla com[a] de Sternberch, ob. 1345, IV. non. Septembris.

In eodem sepulchro d[a] Elizabet Dapifera, ob. 1345, IX. kal. Novembris.

Ibidem d. Dietmarus fil. d[i] Gundachri de Losenstain, ob. XVI. kal. Iulii.

Sepultura nobilium et ignobilium in ambitu incipiendo ante capellam corporis Christi[a]):

Sepulchrum d[e] Gerwirgis Hauslinne, que fuit m[r] Dietrici Uerbetsch, ob. 1333, XVII. kal. Decembris, ubi littera K[b]), sub lapide marmoreo.

Ibidem Chunradus Uerbetsch, VIII. id. Maii.

In eodem sepulchro d[a] Kather(ina) Uerbetschinna, ob. VIII. kal. Novembris.

Sepulchrum d[e] Margar(ete), sor[is] Friderici de Tyernavia, ob. 1348, ubi littera L.[b])

Ibidem d[a] Mechthildis Witzinna, idibus Aprilis ob.

In eodem sepulchro d[a] Matza Witzinna, ob. XIV. kal. Aprilis, sub lapide marmoreo.

Sub lapide marmoreo fracto fil. d[i] Herbordi super Statuam senioris, fr. Herbordus ordinis n[i].

Ibidem Hedwigis ux. filii sui Herbordi, ob. 1353, ubi littera M.[b])

Sepultura d[i] Nicolai Greci mil[is] de Als sub lapide albo, ubi littera N[b]), ob. 1307, V. id. Iunii.

Ibidem fil. suus d. Hainricus, ob. II. id. Aprilis.

Sepulchrum d[e] Elizabet[c]) Phafsteterinne et filiarum suarum sub lapide marmoreo fracto, ob. VIII.[d]) kal. Septembris, ubi littera O.[b])

In eodem sepulchro d[a] Anna[c]) Haintzmaninna de Schebnitz, ob. 1358.

Ibidem d[a] Margareta Lofflerinna, ux. Iacobi Lofflarii, 1360, III. id. Maii.

---

[a]) *Sic cod. Hic titulus colore rubro scriptus.* [b]) *Littera colore rubro scripta.* [c]) *Nomen super loco raso scriptum.* [d]) VIII. — litt. O *super loco raso scripta.*

[1]) *Alberti II. ducis Austriae.* [2]) *Martii potius, supra p. 170.* [3]) III. *supra p. 193.* [4]) *Februarii supra p. 168.*

Sepulchrum Penkinne d^{e} Gedrudis, ux^{is} d^{i} Meinhardi Pankonis, ob. 1291, VII. id. Maii.

Ibidem d^{a} Agnes Pankinna, 1300, XVII. kal. Augusti, ubi littera P, sub albo lapide.

Sepultura civium de Bulfenstorf sub lapide marmoreo, ubi littera Q.

Puelle Kather(ine), filie d^{i} Hainrici de Curia piscium, ob. 1307, VI. id. Augusti.

Ibidem m^{r} sua d^{a} Katherina, ux. d^{i} Hainrici, ob. 1310, IV. kal. Decembris.

In eodem Perchta Listinna, ob. II. non. Maii.

Item d^{a} Elizabet Listinna.

D^{a} Gisla Zendlinna, ob. XIII. kal. Iulii.

Ibidem d^{a} Margar(eta) Bulfenstorfer(inna), sor. sua, ob. XIV. kal. Octobris.

Sepulchrum Sifridi Huernpech et sor^{is}, ux^{is} sue cum marito cum lapide marmoreo, ubi littera R.[a])

Iuxta idem sepulchrum, ubi non est lapis, sed lateres, sepultus Ioh(annes) notarius d^{e} Kather(ine)[1]) marchionisse de Brannburch, ob. in vigilia b. Kather(ine), ubi littera.[b])

Sepulchrum d^{e} Elizabet Reisenpergerinne, ob. 1369, XVIII. kal. Octobris, ubi littera.[b])

In eodem duo filii sui, quorum unus fuit fr. ordinis n^{i}.

Ibidem Perchtoldus Welser, fr. predicte d^{e}, ob. 1300, sub lapide albo cum mediis rotis.

In eodem sepulchro Wernherus officialis, civ. Ratisponensis, ob. 1309, II. non. Augusti.

Sepulchrum d^{e} Elizabet Schutbuerflinne, ob. XII. kal. Octobris, sub lapide albo, ubi littera.[b])

Ibidem d^{a} Alhaidis Schutburflinna, ob. IX. kal. Augusti.

Sepulchrum Ulr(ici) Chritzendorfer et sue ux^{is} d^{e} Chunigundis, ubi littera.[b])

Sepulchrum Ottonis Chochel et ux^{um} suarum Clare et Margar(ete), sub lapide albo, ubi littera.[b])

Sepulchrum d^{e} Perchte Neizzerinne, que fuit m^{r} Sighartinne, ubi non est lapis, sed lateres, ubi littera.[b])

Sepulchrum d^{e} Margar(ete), m^{ris} Pilgrimi Institoris, ob. XIV. kal. Februarii 1295, sub albo lapide, ubi littera.[b])

Sepulchrum d^{i} Wernhardi Mezzenpekh, quondam mag^{i} curie d^{i} ducis, ob. kalendis Iunii, ubi littera.[b])

Sepulchrum Martini Phefferwein, camerarii d^{i} ducis Alberti, sub lapide marmoreo, ubi littera.[b])

Sepulchrum Leupoldi Coci et ux^{is} sue Christine et filiarum, ubi littera.[b])

Sepulchrum d^{i} Ulrici de Styra, ob. 1300, sub lapide albo, ubi littera.[b])

Ibidem ux. sua et fil. Mangso, ob. 1337.

Sepulchrum ux^{is} Richeri Schauflinger, d^{e} Elizabet, ob. 1300.

Ibidem p. suus sub magno lapide marmoreo, ubi littera.[b])

Sepulchrum mag^{i} Iacobi, sartoris d^{e} Iohanne ducisse[2]), sub lapide marmoreo cum litteris sculptis, ob. 1356 IV. id. Iunii, ubi littera.[b])

Sepulchrum sor^{is} Benedicte, procuratricis fr^{um}, ubi littera.[b])

Sub albo lapide sepulta est d^{a} Perchta Floytinna, ob. VIII. kal. Maii, ubi littera.[b])

Sepulchrum d^{e} Elizabet Chesslerinne et progenitorum, ubi littera.[b])

Ibidem sor. Agnes[c]) de Puerstendorf, ob. 1300.

Sepulchrum d^{e} Perchte Witeginne et progenitorum, ob. 1338, VIII. kal. Iulii, ubi littera.[b])

---

a) *Littera colore rubro scripta.* b) *Littera deest.* c) *Corr. ex* Angnes.

1) *Potius Annae, filiae Alberti I. regis Romanorum.* 2) *Ux^{is} Alberti II. ducis Austriae.*

In eodem sepulta[a] est d^{a} Gedrudis Hoesinna, ob. 1349, II. id. Iulii.

Sepulchrum d^{i} Chunradi Chetner et ux^{is} sue d^{e} Perchte, ob. 1322, ubi littera[b], II. non. Decembris.

Sepulchrum Michahelis Harber, ubi littera[b], [sub lapide marmoreo].

Ibidem Perchta ux. sua et[c] filiis et filiabus et aliis pueris.

In angulo sepulta est d^{a} Trauta et fil. eius Chunradus Snabel, ubi littera.[b]

Sepulchrum d^{e} Margar(ete) Chaysrinne sub albo lapide cum stellis in acie, ubi littera.[b] Finis[d] laterum ambitus ante capellam b. Kather(ine) et sepulchrorum ibidem.

Pro[e] beneficiis d^{i} de Ratpach et progenitorum suorum, sicut alia inveniuntur in scriptis, ligaverunt se fr^{es}, ut sequetur, videlicet quod in quatuor temporibus semper fr^{es} habent cantare in feria VI. vigilias trium leccionum et in sabbato sequenti missam pro defunctis cum nota et post vesperas visitare sepulchrum ibidem, ubi suum altare et perpetuam missam ibidem cum luminibus, sicut moris est, et perpetuum anniv. sacrista habet exspedire[f] pro sepulchro in missa et vigiliis et lampadem ardentem in nocte tantum. Hoc gratis non facit.

Albertus[g] Chastenmaer, purger von Pazzaw, dez leichnam pangraben leyt hicz Sand Stephan.

Item[h] pro anima d^{i} Fridrici[1] regis et Elizabeth consortis eius.

Item (pro)[i] anima ducis Rudolfi[2] et Blance consor(tis) eius.

Item pro anima ducis Alberti senioris.[3]

Item pro animabus ducum Alberti[4] et Leupoldi[5] et omnium progenitorum suorum.[k]

Item pro anima com^{is} Chunradi de Schawnwerck, [hic se(pulti)].

Item pro anima Dyetrici de Pilichdorf et omnium progenitorum, [hic se(pultorum)].

Item pro anima Ottonis de Zelking senioris, Elizabet consor(tis) s(ue), [hic se(pultorum)].

Item pro anima Ottonis de Zelking iunioris, [hic se(pulti)].

Item pro anima d^{e} Margarete[l] de Zelking et Katherine de Zelking, [hic se(pultarum)].

Item pro anima Dymuedis de Lamberck.

Item pro anima Katherine de Sunberck.

Item pro anima Viviancz de Sunberck [et Perchte ux^{is} sue].

Item pro anima d^{e} Elle de Potenstayn.

Item pro anima d^{i} Haynrici de Dachsperik[m], [hic se(pulti)].

Item pro anima d^{i} Purckhardi de Ellerwach.[k]

Item pro anima Barbare Chranipergerine.

Item pro animabus d^{orum} Hermanni de Chraniperig et Hermanni.

Item pro anima Gedrudis Chranipergerine.

Item pro anima Petrisse Ottenstaynerinne.

Item pro anima Chadoldi de Ekkartzaw senioris et Chunigundis consor(tis) s(ue) et omnium progenitorum suorum, [hic se(pultorum)].

Item pro anima Haynrici Malczchasten et Wilhelmi filii sui, [hic se(pultorum)].

Item pro animabus d^{orum} Weickhardi, Ulrici, Iohannis[n] circa fr^{es} et omnium progenitorum suorum, [hic se(pultorum)].

Item d^{i} Friderici Haeysonis, [hic se(pulti)].[o]

Item pro animabus d^{orum} de Rappach, Haynrici senioris et Angnetis consor(tis) sue, [hic se(pultorum)].

Item pro anima d^{i} Hainrici de Rappach et Katherine consor(tis) sue.

Item pro anima Christofori de Rappach, [hic se(pulti)].

Item pro anima de Poelhaym Geori, [hic se(pulti)].

Item pro anima d^{i} Iohannis de Meysaw et Lewtoldi filii sui.

Item pro anima d^{i} Haynrici de Walse et pro anima Ulrici de Walse et omnium progeni(torum) suorum.

---

a) *Correctum ex* sepultus. b) *Littera deest.* c) *Lege* cum. d) Finis — ibidem *in margine colore rubro scripta.* e) *Haec nota in primo folio huius necrologii sola scripta.* f) *Cod. Sequitur locus rasus.* g) *Haec nota in tegumenti posterioris latere interiore scripta est.* h) *Sequentia officia anniv^{iorum} continent.* i) pro *supplevi.* k) *Sequitur spatium inter hanc et sequentes notas.* l) Margareta *cod.* m) *Corr. ex* Dachsperig. n) Iohannes *cod.* o) *Sequitur inter hanc et sequentes notas spatium vacuum.*

1) *Friderici III. regis Romanorum.* 2) *Rudolfi II. ducis Austriae, regis Bohemiae.* 3) *Alberti II. ducis Austriae.* 4) *Alberti III. ducis Austriae.* 5) *Leopoldi III. ducis Austriae.*

Item pro anima d^{i} de Cilia et omnium, qui decesserunt de genealogia eorum.
Item pro animabus omnium d^{orum} de Petovia.
Item pro anima d^{i} Nicolai Wuerfel et omnium pro(genitorum) suorum.
Item pro anima d^{i} Dietrici Fluschart et prog(enitorum) suorum.
Item pro anima Iohannis[a] Stigelmayr.
Item pro anima d^{i} Stephani Suerich et omnium pro(genitorum) suorum.
Item pro anima Mangsonis de Tewffenpach.
Item pro animabus Katherine et Katherine, ux^{um} Pilczini, et omnium pro(genitorum) suorum.
Item pro anima Elizabeth, que fuit procuratrix fr^{um}.
Item pro anima sor^{is} Yermline de tercio ordine.
Item[b] pro anima Uelrici Flecht, Chunigundis ux^{is}.
Item pro anima Alberti am Liechtensteg.
Item pro anima Iohannis Schoenchnecht.[c]

LIBER SEPULCRORUM PATRUM MINORUM AD S. CRUCEM VINDOBONAE.

Sepultura principum et aliorum nobilium incipiendo in choro fr^{um}[d]):

1 

A. d. 1330 ob. IV. id. Iulii[e] inclyta d^{a} d^{a} Elizabet, secunda Romanorum regina[1], filia d^{i} Iacobi ill^{is} regis Aragonie, fundatrix capelle s^{i} Ludovici ep^{i} et confessoris, sepulta ante altare in sepulchro elevato.[f]

2 

3 

[2]A. d. 1305, XIV. kal. Marci[g][3] ob. d^{a} Blanca, filia d^{i} Philippi regis Francie et coniux Rudolfi[h] III. Austrie ducis[i][4], sepulta infra gradum in sepulchro cum concellis[k] ferreis.

4  [n]

Sepulchrum d^{e} Margarete[l] marchionisse de Tyrolis iuxta sepulchrum d^{e} regine ante crucem, que ob. sub a. 1369, a qua habuimus in sua sepultura de sameto viridi[m], quod suffecit pro dalmatica et subtili tantum et nihil plus.


---

a) Iohannes *cod.* b) Item — ux^{is} *super loco raso scripta.* c) *Sequitur nota erasa.* d) *Titulus colore rubro scriptus.* e) IV. id. Iulii *super linea scriptum.* f) *Haec nota tota super loco raso scripta.* g) XIV. kal. Marci *super linea suppletum.* h) coniux Rudolfi *alia manu super loco raso suppletum.* i) ducis *alia manu appositum.* k) *Cod.* l) *In margine manus posterior annotavit:* vuelgariter Maultaschin. m) *Haec vox super linea colore rubro suppleta. In margine colore rubro annotatum:* virgulato duas tunicas. n) *Insigne generis deletum et aliud supra depictum.*

1) *Friderici III. Romanorum regis ux.* 2) *Praecedit insigne gentilitium = Fig. 1.* 3) *Aprilis supra p. 173.* 4) *et Bohemiae regis.*

5


In eodem sepulchro sepulta est d^{a} Agnes com^{a} de Heunnburch sub lapide marmoreo, que ob. 1295.

6


Sepulchrum nobilis d^{i} com^{is} Wilhelmi de Monteforti et d^{i} Pregancie, sepulti hic sub ianua chori[a]), qui ob. sub a. 1373, XIX. die mensis Octobris, a quo habuimus in sua sepultura 4 equos, quorum unus fuit venditus pro 52 florenis, secundus pro 18 ℔ ₰, [alii duo[b]) venditi sunt pro 14 ℔ ₰], exceptis candelis et armis, et omnia superhabundanter et honore data sunt.


7



Sub cruce sepultus est[c]) d. Albertus eps. Ratisponensis sub lapide marmoreo, qui ob. a. d. 1238[d])[1]), IV. id. Decembris.

Sepultura nobilium ante sacristiam[e]): g)

8


Ante altare trium regum in sepulchro elevato[f]) sepultus est d. Chunradus com. de Schaunberch de Oert, qui ob. a. d. 1353, VII. id. Maii.[2])


9


10

i)

Sepulchrum fr^{is} Hainrici de Preysing[3]) sub lapide marmoreo primo ante aspersorium, ubi littera A[h]), a quo conventus habuit adhuc, quando vixit, plures libros pro n^{a} libraria, sicut in inceptione librorum invenimus, et fuit p. rev. et sacristie reliquit et dedit 3 paria librorum missalium et[k]) 1 bonum calicem de bono pondere intra et extra deauratum.

a) *Vox colore rubro super linea suppleta.* b) *Sequitur radendo deletum:* quod, *et* alii duo venditi — 14 ℔ ₰. *alia manu postea suppleta sunt.* c) est *colore rubro super linea suppletum.* d) XXXVIII *alia manu postea suppletum.* e) *Titulus colore rubro scriptus.* f) *Praecedentia colore rubro scripta.* g) *Manu saec. 15. subnotatum:* Ekchartzaw. h) *Littera capitalis colore caeruleo scripta.* i) *Insigne gentilitium non coloribus depictum, quod Lind in editione sua praetermisit.* k) et — deauratum *postea eadem manu suppleta.*

1) *Albertus de Pietengau ob. a. 1260.* 2) *Potius VII. idus Iunii; cf. supra p. 179.* 3) *Cf. supra p. 180 diem 30. Iunii et supra p. 197.*

11


In secundo sepulchro cum litteris sculptis sepulta est d^a Margareta[1]), m^r d^i Chraftonis de Sunnberch, ubi littera B[a]), cui tenemur propter beneficia d^e Katherine de Sunberch.

12


Ibidem sepulta est d^a Brigida, m^r d^i Reinperti Tuersonis de Lichtenvels, VII. id. Maii.

13


In tertio sepulchro sepultus est d. Reinpertus de Eberstorf[2]), qui ob. a. d. 1288, ubi littera C[b]), a quo habuimus n^{am} crucem magnam, cuius crucifixus . . . . .[c])

Ibidem duo pueruli[d]) d^i Viti de Eberstorff sepulti a. d. 1483, ibidem quidam puer d^i Wenuesch de Eberstorff.

Sub quarto lapide marmoreo, ubi littera D[a]), sepulti sunt hii:

14


D^a Petrissa senior de Wolfgerstorf, m^r d^e K(atherine) de Sunnberch, ob. 1305, XII. kal. Novembris. Anime eius tenemur propter beneficia filie d^e K(atherine).

D^a Petrissa iunior de Wolfkerstorf ob. 1298, IV. id. Aprilis.
D. Iohannes de Wolfkerstorf ob. 1301.

15


D^a Katherina de Marchpurga, consors d^i Reinperti de Sunnberch, ob. 1337, XII. kal. Augusti[3]), a qua habemus integrum ornatum in sacristia.

---

a) *Littera colore rubro scripta.* b) *Littera capitalis colore caeruleo scripta.* c) *Locus rasus.* d) puerili *cod.*

1) *Cf. supra p. 197. 185 Aug. 29.* 2) *Cf. supra p. 196. 187 Sept. 23.* 3) *Septembr. supra p. 184, cf. p. 196.*

16 


D^{a} Katherina relicta d^{i} Chraftonis de Sunnberch ob. 1347[1]), m^{r} fr^{um} maxima, a qua multa beneficia habemus, sicut in registro invenitur p^{is} gard(iani), in prompta pecunia, ornatum de sameto cum perlis.

[2])D^{a} Iohanna relicta d^{i} Reinperti Tuersonis de Sunnberch ob. 1366, id.[3]) Maii, a qua habuimus tria[a]) carrata de vino.

17 

D^{a} Margareta de Zelking, consors d^{i} Ottonis, m^{r} fr^{um}, ob. 1359, VII. id. Octobris[4]), a qua [habuimus][b]) 60 tt. ₰ et 1 calicem bonum, ornatum pro suo confessore pro sacristia et 2 tunicas de sameto, dalmaticam et subtilem et alia beneficia.


[5])In[c]) quinto sepulchro inmediate ad ianuam sacristie sepulti sunt hii sub lapide marmoreo, ubi littera E[d]):

18 

D^{a} Petrissa de Zelking de Liechtenstain de Nicolspurga, ob. 1318, II. kal. Aprilis.

19 

D^{a} Petrissa de Pergawe de Liechtenstain, ob. 1292.

20 

D^{a} Agnes de Liechtenstain Ungara, m^{r}[e]) d^{i} Iohannis mag^{i} curie d^{i} ducis Alberti[6]), ob. 1353, VIII. id.[7]) Decembris.

---

a) tri *cod.* b) *Vox super linea manu aevi posterioris suppleta.* c) In — marmoreo *linea rubra supposita distincta.* d) *Littera colore caeruleo scripta.* e) m^{r} — curie *super linea suppleta.*


1) *Cf. supra p. 195 diem 27. Dec., p. 196.* 2) *Praemissum insigne gentilitium = Fig. 12.* 3) *Potius 1360,* VI. id., *supra p. 196, 177.* 4) *Sic supra p. 196, 188* VI. id. Oct. 5) *Praefixum insigne gentilitium = Fig. 17.* 6) *Alberti II. Austriae ducis.* 7) VII. id. *supra p. 193, cf. p. 196.*

21 


D^a Anna de Chranichperch, consors d^i Sifridi de Chranichperch et filia d^e Agnetis de Liechtenstain, ob. 1357, II. id. Februarii.

Ibidem d^a Katherina de Hakenberch, relicta d^i Hainrici antiqui, ob. 1374.[a])

In secunda linea lapidum iuxta murum sacristie sepultus est[b]):

22 

D. Chunradus Praitenveldarii[c]) mil., qui ob. a. d. 1319, ubi littera I[d]), et ux. sua d^a Margar(eta) cum filia d^a Gertrude[e]), que fuit ux. Othonis[f]) Haymonis civ. Wienn., III. kal. Maii ob. 1340.[1])

23 

In secundo sepulchro d. Sifridus pincerna de Dobra, ubi littera H[g]), ob. 1313, XV. kal. Decembris.

24 

In eodem sepulchro d^a Anna pincerna de Dobra[2]), sor. d^i Friderici de Atzenpruk, quondam mag^a curie d^e Iohanne[f]) ducisse Austrie, ob. 1357, VI. id. Augusti, a qua recepimus de prompta pecunia 18 tt. ₰.

Tertium sepulchrum est mihi ignotum cum lapide marmoreo, ubi littera G.[d])

In quarto sepulchro sepulta est d^a Agnes de Valchenberch[3]), ob. 1300, IV. id. Augusti, ubi littera F.[h])

---

a) *Manu saec. 15. subnotatum:* Albrecht. b) *Hic titulus colore rubro distinctus.* c) *Cod.* d) *Littera colore rubro scripta.* e) Gertrudis *cod.* f) *Nomen super linea suppletum.* g) *Littera colore caeruleo scripta.* h) *Littera colore caeruleo scripta. Manu saec. 15. suppletum:* Lewpolt.


1) *Cf. supra p. 197, 178* III. kal. Iunii. 2) *Cf. supra p. 183. 197.* 3) *de Pillichsdorf, ux. Rapotonis iunioris de Falkenberg, qui VII. id. Novembris a. 1289 defunctus est.*

25 

In tercio[a]) ordine lapidum, ubi[b]) non est lapis, sepultus est d. Ulricus de Riczendorf mil., ob. 1307, ubi littera P.[c])

26 

In secundo sepulchro in eadem linea sub lapide marmoreo sepultus est d. Otto de Zelking de Schonnek, ob. V. id. Novembris, ubi littera O.[c])

27 

In tercio sepulchro sub lapide albo d. Rugerus de Hyppelsdorf, ob. 1313, ubi littera N.[d])

In eodem sepulchro d[a] Gerwirgis Prutzendorferinna, ob. II. kal. Ianuarii.[1])

28 

In quarto sepulchro sub lapide marmoreo cum picario sculpto sepultus est d. Albero de Alramstorf V. kal. Decembris[2]) 1313, ubi littera M.[c])

In eodem sepulchro d[a] [Katherina][e])[3]) ux. sua, ob. 1318.

Ibidem[f]) filia eorum Katherina.[f])

In quinto sepulchro, ubi non est lapis, sed lateres inmediate ad concellos ferreos s[i] Nicolai sepultus d. Colinus[4]) civ. Wienn., ob. 1301, XIX. kal. Decembris, ubi littera L[d]), et d. Petrus sac., fil. suus, qui dedit adhuc vivens pro fr[ibus].[g])

---

a) In tercio *colore rubro scriptum.* b) ubi — lapis *super loco raso scripta.* c) *Littera colore rubro scripta.* d) *Littera colore caeruleo scripta.* e) *Nomen alia manu suppletum.* f) *Sequitur locus rasus minor.* g) *Reliqua desunt.*

1) *Potius kalendis Februarii, cf. supra p. 169.* 2) *Supra p. 191* V. kal. Nov. 3) *Hoc nomen deest supra p. 197, quam cf. ad hanc pag.* 4) *Ita p. 197, Colmannus supra p. 194, ubi ad* XIX. kal. Ian.

29 

In capella b. Nicolai, ubi littera K[a]):

sepultus est[b]) d. Wichardus circa fr^{es}, qui ob. a. d. 1352, V. kal. Maii[1]), a[c]) quo habemus singulis annis 4 ℔ redituum et pro sacristia in speciali ½ ℔ ₰, sicut in registro invenitur.

In eodem sepulchro fil. suus d. Iohannes circa fr^{es}, qui ob.[d])

Item due ux^{es} filii sui d^{i} Iohannis, Sigaeun et Anna, sepulte sunt in eodem sepulchro ante altare b. Nicolai, ubi ipse.

30 

A. d. 1515 in die divi Benedicti ob. d^{a} Margaretha Kanerin, m^{r} rev^{i} p^{is} Theoderici Kaner, sacre theologie doctoris, min^{ri} Austrie[2]), sepulta in ecclesia proppe[e]) altare s^{orum} apostolorum, cui propter beneficia plurima sui prefati filii tenemur.

In capella b. Iohannis sunt hii sepulti, videlicet ubi littera Q[f]) sub lapide magno ante altare[g]):

[3])d. Ulricus senior circa fr^{es}, ob. in vigilia omnium s^{orum} II. kal. Octobris.

Ibidem sue ux^{es}, d^{a} Brigida ob. idibus[4]) Februarii.

In eodem sepulchro fil. suus d. Otto de Purstendorf cum consorte sua d^{a}.

In eodem sepulchro due ux^{es} d^{i} Wichardi, d^{a} Elizabeth ob. kal. Iulii 1316 et d^{a} Katherina ob. IV. non. Iulii[5]) 1335.

Ibidem (in) sepulchro tres ux^{es} fr^{is} sui, videlicet Katherina et Kath(erina) et Chunigundis.

Iuxta idem sepulchrum sub lapide minori sub fenestra sepulti sunt:

[3])d. Ulr(icus) circa fr^{es} kal. Aprilis, fr. d^{i} Wichardi, ob. 1357, ubi littera R.[h]) Et due filie sue virgines Gedrudis et Agnes, item fil. tenellus Iohannes.

In eodem sepulchro d. Ulr(icus) filius predicti d^{i}, ob. 1369, VI. kal. Februarii.[6])

Fr. Griffo, fr. d^{i} Wichardi, sepultus, ubi littera S[f]), ob. XVI. kal. Iulii[7]) 1348.

31 

A. d. 1517 ob. nobilis vir Georgius Iordan, Austrie, Stirie, Carinthie atque Carniolis supremus vic. monete, qui cappellam divi Iohannis fun-

---

a) *Hic titulus colore rubro distinctus.* b) *Vox colore rubro super linea scripta.* c) a quo — invenitur *super loco raso scripta.* d) *Sequentia desunt.* e) *Cod.* f) *Littera colore caeruleo scripta.* g) *Titulus colore rubro distinctus.* h) *Littera colore rubro scripta.*

1) *Iunii supra p. 178.* 2) *Episcopi Marcopolitani.* 3) *Praefixum insigne gentilitium = Fig. 29.* 4) II. id. *supra p. 170.* 5) *Supra p. 180* V. non. Iul. 6) *Martii supra p. 171.* 7) XV. kal. Aug. *supra p. 181.*

32 

davit atque missam perpetuam in eadem ordinavit cum 5 anniv^{iis} ac ceteris concernensiis.[a]) De hoc vide lacius litteras fundacionum atque librum mortuorum.

In capella b. Katherine sunt hii sepulti ep^{i}, com^{es} et alii nobiles utriusque sexus[b]):

33 

In sepulchro elevato, quod est inter ista duo altaria, videlicet b. Katherine et b. Georii, sepultus est d. Dietricus de Pilichdorf, marschalcus terre, fundator predicte capelle, qui ob. in die natalis d^{i} n^{i} Iesu Christi infra missam in galli cantu 1327.[1])

34 

Iuxta altare b. Geori sub fenestra sepultum est cor regis Otachri[2]), Bohe(mie) regis, ob. 1278.

35 

Infra gradum sepultum est cor com^{is} Ulrici de Phannberch[2]), qui ob. 1354, X. kal. Novembris.

36 

Ante altare b. Katherine inmediate sepultus est d. Hainricus Laventinensis eps., doctor decretorum et can. ecclesie Salczpurgensis, ob. 1342, VI. kal. Iulii[3]), ubi littera V.[c])

---

a) *Cod.* b) *Titulus colore rubro distinctus.* c) *Littera colore rubro scripta.*

1) *Cf. supra p. 195. 197.* 2) *Cf. supra p. 198.* 3) *Augusti potius; cf. supra p. 182.*

37 

Sepultura d^{i} Petri fr^{is} n^{i}, ep^{i} Marchopolensis, qui fuit suffraganeus d^{i} Gotfridi ep^{i} Patav., ob. 1349[1]), X. kal. Octobris, ubi littera T.

38 

A. d. 1516 ob. d. Blasius Lazarin sepultus in capella dive Chatarinę ante altare b. Barbare, singularissimus fautor fr^{um}.

39 

Appolonia, d^{i} Hieronymi Leininger et Margarethe de Pibriach filia, predicti d^{i} Blasii Lazarini relicta vidua, nupsit postea d^{o} Marco Beck a Leopoldstorf etc. a. d. 1516 et ob. 5. die Augusti a. d. 1521. Sepulta est iuxta sepulturam d^{i} Blasii, prioris sui mariti.

40 

D. Marcus Beck a Leopoldstorf, eques auratus, iuris utriusque doctor et divi Ferdinandi Rom(anorum), Hung(arie) et Bohemiae etc. regis, archiducis Austrię etc. consiliarius, cubicularius et Austrię cancellarius, ob. 20. die Martii 1553.


41 

Sub primo lapide marmoreo fracto sepultus est d.[a]) Hainr(icus) de Potendorf, fil. d^{i} Chunr(adi), ob. 1321, XIV. kal. Maii, ubi littera X.[b])[2])

---

a) *Vox ex parte super loco raso scripta.* b) *Littera colore rubro scripta.*

1) *Cf. supra p. 197.* 2) *Supra p. 198 annus obitus 1322.*


42 

In eodem sepulchro sepultus est d. Chunradus de Werd[1]), ob. VIII. kal. Decembris.

43 


Sub secundo lapide marmoreo sepulta est d^{a} Alhaidis de Polnhaim et sor. sua Chunigundis de Ternberch. Ambe mortue sunt in magna pestilentia in festo b. Egidii 1349, ubi littera Y.[a])

[Sub eodem lapide sepultus est domicellus Caspar, fil. d^{i} Georii de Pollnhaeim, qui ob. IX. kal. Septembris[b]) in festo b. Lini pape a. d. 1387.[2])]

44 

Sub tercio lapide marmoreo inmediate iuxta altare sepulte sunt due ux^{es} d^{i} Hainrici de Prunn, quarum una fuit filia d^{i} Gundarchi[c]) de Losenstein, secunda filia[d]) d^{i} de Gerloz, ubi littera[e]) Z.[f])

45 

46 

Ex alia parte altaris inmediate iuxta concellos, ubi littera A[a]),

sepultus est d. Scheneco[3]) de Lippa, qui ob. 1318, VII. kal. Septembris, sub lapide marmoreo.

47 

In secundo sepulchro sub lapide albo, ubi littera B[a]), sepultus est d. Ulricus de Chlingwerch, ob. 1312, X. kal. Septembris.[4])

48 

---

a) *Littera colore caeruleo scripta.* b) *Vox deleta et in margine notatum:* octobris. c) *Cod.* d) secunda filia *super loco raso scripta.* e) ubi littera *super loco raso scripta.* f) *Littera colore rubro scripta.*

1) *Praenomen deest supra p. 198.* 2) *Potius 1384; cf. supra p. 187 diem 23. Sept.* 3) *Supra p. 187* Scheneto, *ubi ad* VII. kal. Oct. *Cf. p. 199.* 4) *Ita supra p. 199, ubi a.* 1316, *supra p. 186 ad* XI. kal. Oct.

In eodem sepulchro fil. suus d. Hainr(icus) de Chlingwerch, ob. 1303, XIII. kal. Septembris.[1])

In secundo ordine lapidum, ubi littera C[a]):

49


sepultus est com. Ulricus de Chatzenelpogen, ob. 1294.[2]) Hic non est lapis, sed ad lateres.

50


In secundo sepulchro, ubi est lapis marmoreus, ubi littera D[b]), sepultus est d. Hermannus de Chranperch, ob. 1337, V. id. Aprilis.


Ibidem d. Hermannus fil. suus ob. 1339, VIII. kal. Maii.[3])

[4])In eodem sepulchro sepulta est d[a] Gedrudis[5]) relicta d[i] Hermanni de Chranperch senioris mulier secunda, ob. 1347, VII.[c]) id. Februarii.

51


In tercio sepulchro, ubi littera[d]) E[b]), sepultus est d. Otto com. de Sternberch, ob. 1341, IX. kal.[6]) Septembris.

In eodem sepulchro com. Ulr(icus), fil. antedicti com[is], ob. 1356, IV. id. Decembris.[7])

52


A. d.[e]) 1303, XI. die Ianuarii ob. nobilis d. Chunradus de Wedaw et sepultus ante sacristiam. A. d. 1324, XIII. die mensis Septembris strennuus et nobilis mil. Bernhardus de Wedaw etc. sepultus ante sacristiam.

---

a) *Titulus colore rubro distinctus.* b) *Littera colore rubro scripta.* c) *Numerus ex parte radendo correctus.* d) *Manu saec. 16. adnotatum:* non est lapis sub forma. e) *Hae duae notae manu saec. 16. appositae.*

1) *Cf. supra p. 199.* 2) *Cf. supra p. 199.* 3) *Iunii supra p. 178, cf. p. 198.* 4) *Huic notae duo insignia gentilitia apposita sunt, et quidem unum (= Fig. 50) in margine sinistra, alterum (= Fig. 33) in dextera.* 5) *Gertrudis ex gente de Pillichsdorf nata, cuius dotationem Albertus II. Austriae dux a. 1347 confirmavit.* 6) V. kal. *supra p. 198.* 7) *Supra p. 194 ad* II. id. Dec., *cf. p. 198.*

In sepulchro ante altare, ubi littera[a]) F[b]),

sepulta multa corpora d^{orum} de Pilichdorf et consorcium eorundem et maxime sub altari et in sepulchro:

[1])D. Chunradus de Pilichdorf, p. aliorum, d^{a} Alhaidis ux. d^{i} Chunr(adi), cum filia Alhaide.

D. Otto de Pilichdorf, ob. III. non. Ianuarii et ux. eiusdem Chunigundis, ob. 1340, XVI. kal. Novembris[2]) et filia eorum d^{a} Offmia, ob. VIII. kal. Maii.[3])

D^{i} Ulrici de Pillichdorf, ob. 1332, V. non. Marci, et sue ux^{es}, d^{a} Chunigundis, ob. VI. id. Octobris[4]), et d^{a} Ieuta, ob. VII. kal. Septembris[5]) 1337.

[6])D^{a} Offmia filia d^{i} Ulr(ici) de Pilichdorf, consors d^{i} Iohannis de Prunn, ob. VIII. kal. Maii.[3])


D. Reinpertus fil. d^{i} Ulr(ici), ob. kal. Aprilis, et fil. d. Reinpertus, ob. 1361, XV. kal. Octobris.[7])

D^{a} Anna ux. sua, ob. VI. kal. Decembris.[8])

D^{a} Richardis de Pilichdorf, ob. XI. kal. Augusti.


53

D^{e} Clare de Raeuchenstain, consortis d^{i} Alberti, ob. XVIII. kal. Augusti.[9])


54

Hic[c]) nota de anniv^{io} d^{orum} de Ellerbach, qui sunt nobiscum sepulti [ante[d]) capellam s^{i} Nicolai], et d. Purchardus de Ellerbach testatus est nobis 1 tt. ₰. ante mortem suam pro duobus anniv^{iis} peragendis in remedium anime sue et anime ux^{is} sue d^{e} Alhaidis et omnium progenitorum suorum, primam XVI. kal. Februarii, secundam VII. kal. Novembris.

Hic nota de anniv^{iis} d^{orum} de Ellerbach, qui sunt nobiscum sepulti in capella s^{i} Nicolai. Isti ergo ad capellam s^{e} Catherine non pertinent.


55

Sepulchrum d^{i} Dietegne de Chastl de Babaria, ubi non est lapis, sed ad lateres, ob. 1313[10]), V. id. Decembris, ubi littera G.[e])

---

a) *Titulus colore rubro distinctus.* b) *Littera colore caeruleo scripta.* c) *Haec nota postea deleta est.* d) ante — Nicolai *alia manu super loco raso apposita.* e) *Littera colore rubro scripta.*

1) *Praefixum insigne gentilitium = Fig. 33.* 2) *Decembris supra p. 192.* 3) VII. kal. Iun. *supra p. 178, cf. p. 198.* 4) *Supra p. 188 ad* VII. id. Oct. 5) *Octobris potius supra p. 187.* 6) *Praefixum insigne gentilitium = Fig. 44.* 7) *Novembris supra p. 190.* 8) V. kal. Ian. *p. 195.* 9) *Septembris p. 184.* 10) *Ita p. 199.*

56



Sepulchrum d^{i} Chunr(adi) Harbunn[1]), ob. 1319 V. kal. Aprilis, ubi littera H.[a])

57



Sepulchrum d^{orum} de Chranichperch, ubi littera I[b]): d^{i} Ruedolfi et ux^{is} sue d^{e} Soffie, d^{i} Rudolfi filii eorum et filie Anne, ob. IV. kal. Iunii[2]) 1324.

In tercio ordine lapidum, ubi littera[c]) K[a]):


[3])sepultus est d. Ekko[4]) de Liechtenberch[d]), ob. 1321, XV. kal. Aprilis.

58


In eodem sepulchro d. Albertus dictus Noethaft, ob. 1324, IX. kal. Iunii.[5])

59


In secundo sepulchro sepultus est d. Iohannes de Gruenberch et sua m^{r} d^{a} Osanna, consors d^{i} Ulrici[5]), ubi littera L.[b])

60


Sepultura d^{i} Chunr(adi) Hailpekhonis[6]) iuxta altare Malczchastonis, ubi littera[e]) M.[a])

---

a) *Littera colore caeruleo distincta.* b) *Littera colore rubro scripta.* c) *Titulus colore rubro distinctus.* d) *Manu saec. 15. supra linea appositum:* non est lapis. e) *Manu saec. 15. appositum:* sub quadrato marmoreo parvo.

1) *Cf. supra p. 199, n. 3.* 2) *Iulii potius, supra p. 180.* 3) *Praemissum insigne gentilitium = Fig. 57.* 4) Okko *in necrologio p. 172; cf. p. 198.* 5) *Cf. p. 198.* 6) *Ob. a. 1344, cf. supra p. 177. 198.*

[1])Ad dextrum cornu altaris Malczchastonis, ubi littera N[a]), sepultus est d. Mathias[2]) de Sachsengang, fr. d[i] Chunr(adi).

61 


Ibidem d. Marchardus de Hakenberch XIII. kal.[3]) Aprilis, et ibidem non est lapis, sed lateres.

62 

Sepulchrum d[i] Chunr(adi) Ungnad, ob. 1340, IX. kal. Decembris, sub lapide marmoreo, ubi littera O.[b])

63 

Iuxta scampnum, ubi non est lapis, sepultus est d. Chunr(adus) de Ekkartzawe, ob. XI. kal. Novembris[4]), ubi littera P[a]), 1340.

64 

Ibidem d. Chadoldus de Paungarten, ob. VIII. id. Aprilis.

In eodem d. Fridericus de Paungarten, ob. 1365, VI. kal. Aprilis[5]),

ibidem d[a] Elizabet Paungartnerinna.[6])

65  [7])

Ibidem[c]) sepultus Dietericus mil. d[i] ducis, dictus Enenchel, cum ux[e] sua d[a] Vronica dicta Mezzenpekhin, qui ob. 1336, III. id. Aprilis cum Sophia de Charlsperg, sor[e] sua.

---

a) *Littera colore rubro scripta.* b) *Littera colore caeruleo distincta.* c) *Haec nota manu saec. 16. suppleta.*

1) *Praefixum insigne gentilitium = Fig. 47.* 2) *Nomen Mathiae deest supra p. 181. 199* V. id. Iul. 3) *Ita etiam supra p. 199;* XV. kal. Maii *supra p. 175.* 4) *Cf. supra p. 199, n. 4.* 5) *Praemissum insigne gentilitium = Fig. 64.* 6) *Cf. supra p. 199.* 7) *Praefixum insigne gentilitium = Fig. 119.*

66


In quarto ordine lapidum, ubi littera[a]) Q[b]):

Sepultus est d. Marchardus de Tuedenhofen, ob. 1329, III. kal. Aprilis.

67


In secundo sepulchro, ubi non est lapis, ubi littera R[c]), sepultus est d. Chunr(adus) Loher, patruus d[e] Elle de Potenstaein, ob. 1318, VII. kal. Marci.[1])

Iuxta sepulchrum d[e] Elle de Potenstain sepulta est d[a] Anna relicta d[i] Walder, mag[a] curie d[e] ducisse, a. d. 1386.[d])

Sepulchrum d[e] Elle de Potenstain, ob. 1339, XV. kal. Iulii[2]), maxima m[r] f[rum], a qua habemus vineam bonam[e]) in Grintzing, ubi littera S.[b])

In eodem sepulchro sue sor[es], d[a] Chunigundis, ob. VI. non. Iulii, et d[a] Dymuedis sor. [eius][f]), ob. XIII. kal. Marci[3]) 1338, Talerinna [nomine].[g])

Ibidem puella Elizabet Hailpekhinna, filia d[i] Martini Talarii, que fuit mag[a] curie d[e] Iohanne ducisse, ob. 1343, III. non.[4]) Maii, a qua habemus 8 ℔ reddituum super cellario vestium under der langen Lawben, et videatur registrum.

68


Penes[h]) altare s[i] Iacobi a dextris, ubi non est lapis, sepultus est inclitus baro et strenuus mil., d. Wolfganngus de Weching, ob. a. d. 1440. Ibidem sepultus d. Anthonius de Weching, ob. a. d. 1400.

69


Sepulchrum d[i] Hainrici Malczchastonis[5]), mag[i] curie d[i] Alberti ducis, ubi littera T[c]) ante altare, quod ipse fundavit, ob. V. id. Octobris 1353, a quo fr[es] habuerunt 200 ℔ ₰, 32 florenos, 1 bonum calicem, 2 ampullas argenteas, 1 monstranciam, 1 bonum ornatum pro sac[e], item aliam de serico et 1 cappam solempnem de sameto haervaro, excepto equo[i]) et armis, que omnia misit ad conventum adhuc vivens.

---

a) *Titulus colore rubro distinctus.* b) *Littera colore caeruleo distincta.* c) *Littera colore rubro scripta.* d) a. d. 1386 *in margine eadem manu suppletum.* e) *Sequitur exstinctum* bonam. f) eius *super linea suppletum.* g) nomine *super linea alia manu suppletum.* h) *Hae notae manu saec. 16. suppletae.* i) *Sequens huius notae pars colore rubro scripta.*

1) *Ita et supra p. 198; Aprilis supra p. 176, utroque loco Locher dictus.* 2) *Cf. supra p. 198, n. 4.* 3) *Aprilis potius supra p. 173.* 4) IV. non. *supra p. 177 et 198.* 5) *Cf. supra p. 188 diem 11. Oct., p. 199.*

[Ibidem d. Hoduscho miles de Tunsik, ob. a. d. 1345, XVIII.[1]) kal. Septembris.]

70 

Sepulchrum d[i] Ottonis Ottenstainarii ad dextrum cornu altaris, ubi non est lapis, ubi littera V.[a])

71 

Sepulchrum d[i] Chunr(adi) Eysenpaewtel, ob. 1332 [XI. kal. Ianuarii][2]), ubi littera X.[b])

Sepulchrum d[e] Perchte[3]) Snetzlinne, ob. 1328, VII. kal. Septembris, ubi littera Y.[a])


72 

Recensio necrologii tantum nova a. 1681 notis antiquiore ex libello depromptis scribi inchoata et variis librariorum manibus usque ad a. 1901 deducta in conventus cryptoporticu recondita ac libro 'ligneo' contenta nunc superest et tabulis ligneis maioribus membranis inductis constat, quarum tabulae binae in armario parieti inserto fixae, quinque vero tabulae utrobique mobiles immissae sunt. De quibus latius disserui Neues Archiv XXXV, 732.

Cum autem recensio haec, cui extremi iudicii imago praefixa est, notas inde ab a. 1410 necrologicas referens annalium modo instituta sit, annalium necrologicorum nomen ei imposui. Quod opus cum recentiore confici coeptum sit tempore, litteris imprimendum curavi minutis.

P. Raimundo Glund, provinciali Praedicatorum conventus Vindobonensis venerabili, atque P. Romualdo Henz, bibliothecae custodi benemerito, qui hac recensione Vindobonae utendi licentiam mihi concesserunt, gratias ago debitas.

Calendarium

pie in d^{o} defunctorum p^{um} et fr^{um} in et ex hoc conventu Viennensi tam filiorum quam assignatorum usque in praesens tempus.

Horum mors beata videtur, quorum vita laudabilis fuit. S. Augustinus.

1410. 2. Iunii rev. p. Laurentius Leo. Fr. Hugo cardinalis. 19. Martii fr. Engelbertus acc. 7. Augusti fr. Martinus subdiac.

1412. 18. Ianuarii rev. p. Christianus. 6. Februarii rev. p. Iacob de Aspern. 10. Martii rev. p. Otto subprior hic.

1413. 17. Februarii fr. Fridericus Succus cv. 12. Mai rev. p. Gerochus. 17. Iunii rev. p. Petrus Moser. 1. Septembris rev. p. Leopoldus. Rev. p. Michael Sterngrein. 30. Novembris fr. Petrus Neuber cv.

1414. 16. Ianuarii rev. p. Starhardus. 1. Februarii rev. p. Colomannus. 15. Martii rev. p. Peregrinus. 3. Mai fr. Rudivinus cv. 15. Iulii fr. Erhardus subdiac.

1415. 18. Martii rev. p. Otto et fr. Conradus nov. 22. Martii fr. Henricus cv. 27. Martii rev^{i} p^{res} Wolfgangus et Otto. 21. Aprilis fr. Nicolaus Klallner. 19. Decembris fr. Andreas de Grudin.

1416. 24. Mai fr. Wernerus et 21. Iulii fr. Ionianus, cv^{i}.

1418. 15. Februarii fr. Ioannes Saxo diac. 16. Martii rev. p. Georgius. 11. Augusti fr. Conradus de Winchel.

1419. 2. Martii rev. p. Wolfgangus. 8. Mai rev. p. Theodericus. 22. Mai rev. p. Fridericus Ipoltl Hyppolitanus. 1. Septembris rev. p. Volmarus Weingrien.

1420. 19. Ianuarii rev. p. Rudolphus, subprior hic. 10. Februarii fr. Fridericus de Ragiz. 27. Mai rev. p. Conradus Teutoniae prolis. 29. Octobris rev. p. Ortlibus.

1421. 23. Iunii rev. p. Herbardus. 6. Novembris rev. p. Henricus Schlecht prior.

1423. 13. Februarii rev. p. Rugerus. 18. Octobris fr. Conradus subdiac. 21. Decembris fr. Siegefridus de Arena.

1425. 27. Februarii rev. p. Antoninus. 27. Februarii fr. Albertus subdiac. 8. Maii fr. Henricus subdiac. 16. Martii rev. p. Georgius. 28. Martii rev. p. Maurus. 5. Aprilis rev. p. Ulschalkus. 16. Iunii rev. p. Georgius de S^{o} Vito. 12. Septembris rev. p. Petrus Pockell.

1426. 6. Mai fr. Sigardus cv. 26. Septembris fr. Nicolaus de Spira cv.

1427. 8. Februarii rev. p. Henricus de Wolkenstain. 17. Aprilis rev. p. Godefridus. 24. Iulii fr. Ioannes cv. 1. Septembris rev. p. Henricus.

1428. 22. Ianuarii fr. Fridericus Schinberg. 15. Maii rev. p. Henricus Gali, lector et prior. 2. Iulii rev. p. Simon Sulzer.

1429. 29. Mai rev. p. Ioannes Sanderffer. 5. Iunii rev. p. Reinbotus. 5. Iunii rev. p. Theodoricus Hulzinger. 5. Iulii fr. Uldaricus[a]) acc. 17. Septembris fr. Dietmarus cv.

1430. 9. Februarii fr. Henricus Schrems. 24. Martii rev. p. Georgius de Haaburgo prior. 9. Maii fr. Iiannes[a]) de Colonia diac. 15. Iunii fr. Conradus cv. 1. Novembris rev. p. Eckardus.

1431. 9. Februarii rev. p. Erhardus subprior. 13. Aprilis rev. p. Ioannes Polder. 13. Aprilis rev. p. Conradus Crembser. 6. Iunii fr. Conradus cv. 14. Iulii rev. p. Iacobus de Vesperis, Teutonię provincialis. 15. Iulii fr. Iianso acc.

1432. 16. Mai rev. p. Ioannes Pollauer. 3. Iulii fr. Ortolphus diac. 12. Augusti rev. p. Aegidius Knaul.

1433. 24. Ianuarii rev. p. Albertus. 31. Martii rev. p. Sixtus. 3. Iunii rev. p. Ortolphus. 10. Augusti rev. p. Rupertus. 1. Decembris fr. Nicolaus diac.

1434. 24. Februarii fr^{es} Henricus et Udalricus.

1435. 14. Aprilis rev. p. Fridericus Prunster. 10. Iunii fr. Georgius subdiac. 1. Augusti fr. Petrus Gebslo. 4. Octobris rev^{i} p^{es} Bertholdus et Sifridus.

1436. 11. Mai fr. Ortolphus. 28. Iulii rev. p. Bernardus. 2. Septembris rev. p. Udalricus. 2. Septembris fr. Wulffingus.

1437. 24. Aprilis fr. Henricus de Aspern. 11. Octobris fr. Wernerus subdiac. Fr. Theodoricus. Fr. Henricus Sculptoris. Fr. Dietmarus cv.

1438. 12. Mai rev. p. Leopoldus. 20. Septembris fr. Nicolaus Vischel. 12. Decembris rev. p. Heidericus lector.

1439. 28. Aprilis fr. Fridericus Saxo. 12. Iunii fr. Bertholdus diac. 14. Iulii rev. p. Albertus Struz 25. Novembris fr. Rupertus cv. 15. Decembris rev. p. Erasmus.

1440. 27. Ianuarii rev. p. Udalricus. 29. Mai rev. p. Walterus. 19. Iulii rev. p. Ioannes Razenstemer. 27. Iulii fr. Hertwigus. Fr. Henricus cv. 14. Decembris rev. p. Henricus Leng prior.

1441. 11. Mai fr. Simon cv. 13. Augusti rev. p. Bitrolphus. Rev. p. Bernoldus.

1442. 29. Iunii rev. p. Hutbrandus.[b]) 29. Decembris rev. p. Georgius Faldrer, theologiae mag., iubilarius annorum 98. 30. Decembris fr. Benedictus nov.

1443. 15. Septembris fr. Iiannes[a]) Desteldorfer. 25. Septembris rev. p. Andreas Gaden lector, 7 vicibus prior. 20. Octobris rev. p. Otto Ploedner. 20. Decembris rev. p. Aegidius Gugken.

1444. 30. Iunii fr. Petrus cv. 13. Novembris rev. p. Georgius de Creuznah, sacrae theologiae baccalaureus. 8. Decembris fr. Nicolaus Hell nov.

1445. 20. Februarii fr. Georgius Sturbing. Rev. p. Alhardus. 11. Aprilis fr. Henricus cv. 4. Septembris rev. p. Henricus de Colonia mag. 26. Novembris fr. Sebaldus diac.

1446. 3. Octobris fr. Matthias subdiac. 11. Octobris rev. p. Bernardus Truker.

1447. 8. Aprilis rev. p. Leonardus Huntpel, theologiae professor et haerẹticae pravitatis inquisitor.

1449. 20. Aprilis rev. p. Ioannes Egnolf, lector proficuus conventui. 13. Octobris rev. p. Hubertus Leg, prior Tulnensis.

1450. 5. Novembris rev. p. Erding. 25. Martii rev. p. Nicolaus Fridland. 26. Iunii fr. Petrus Ringlsteter cv. 8. Decembris rev. p. Nicinius Nicolai.

1451. 18. Mai rev. p. Michael Werder. 13. Iulii rev. p. Ioannes Raschel. 15. Novembris rev. p. Casparus ex nobili familia de Falkenstain, prior.

1452. 31. Mai rev. p. Henricus Fuchs, mag. theologiae. 12. Octobris rev. p. Ioannes Baptista supprior.

1453. 28. Octobris rev. p. Colomannus. 3. Novembris rev. p. Gervasius lector. 4. Novembris rev. p. Daniel de Buda.

1454. 3. Septembris rev. p. Ioannes Veltsperger. 19. Octobris rev. p. Vitus Merbold. 1. Novembris d. Raymundus eps. Argentinensis hic prof.[1]) 2. Novembris fr. Georgius subdiac.

---

[a]) *Sic liber.* [b]) *Verisimiliter corr.:* Lutbrandus.

[1]) *Neque Gams, series episcoporum, neque Eubel, Hierarchia catholica hunc habet.*

1455. 18. Iulii rev. p. Georgius de Rott, theologiae mag., prior. 7. Augusti rev. p. Conradus a Castro lector. 27. Septembris rev. p. Wolfgangus Niemannt.

1456. 17. Mai rev. p. Ioannes Minichberger, prior in Bulsano, hic fil.

1457. 14. Ianuarii rev. p. Udalricus Teurer. 8. Mai rev. p. Conradus Molitoris. 12. Augusti fr. Vitus et fr. Leo, acc^{i}.

1459. 12. Ianuarii rev. p. Iacobus Celler. 10. Mai rev. p. Christianus Helbruner, primus h. c. baccalaureus formatus. 1. Iulii fr. Matthias Spiegl.

1460. 16. Novembris admodum rev. p. Ioannes Schilt, regens studii. 26. Decembris fr. Matthias de Ponto.

1461. 14. Septembris rev. p. Conradus Hebmhamer lector. 8. Decembris fr. Paulus Warth cv.

1463. 8. Octobris rev. p. Albertus Loich. 12. Decembris fr. Christianus cv.

1465. 8. Octobris fr. Michael Gegg diac. 12. Novembris rev. p. Eduardus.

1466. 6. Iunii fr. Udalricus Hupfer cv. 1. Augusti fr. Paulus Mitter subdiac.

1468. 1. Augusti fr. Vincentius et fr. Marcus, cv^{i}. 3. Decembris rev. p. Albertus Haider.

1470. 9. Februarii rev. p. Vincentius, prior in Tulna. 12. Iunii rev. p. Leonardus Lazari lector. 31. Iunii rev^{i} p^{es} Marquardus et Andreas.

1471. 12. Februarii rev. p. Sigismundus. 22. Mai rev. p. Willibaldus Waidmann.

1472. 12. Martii rev. p. Thomas Derl, prior Tulnensis. 13. Mai rev. p. Sigismundus Krippl. 12. Aprilis rev. p. Ioannes Silber. 16. Novembris rev. p. Wenceslaus Topf.

1473. 29. Martii rev. p. Vincentius Stingl mag., vic. generalis conventus Teutonici, prof. hic. 24. Octobris fr. Henricus Sterz cv. Fr. Iacobus Hamerlin.

1475. 1. Martii rev. p. Michael Schnurer. 12. Iulii fr^{es} Ioannes Schloegl et fr. Adamus. 15. Iulii rev. p. Ignatius Converra.

1476. 23. Septembris fr. Wolfgangus Iungris. Rev. p. Ioannes Pols. 12. Septembris fr. Hermannus de Rott diac. 24. Septembris fr. Simon acc. 17. Decembris fr. Constantius Elig cv.

1479. 18. Februarii rev. p. Ioannes Alcher, confessarius Tulnensis. 20. Martii rev. p. Martinus Haerber. 8. Mai rev. p. Wolfgangus.

1480. 10. Octobris fr. Conradus Kissenpfening acc. 18. Octobris fr. Ioannes Kaiser. 15. Novembris rev. p. Georgius mag., prior Rezensis. 20. Decembris fr. Martinus Preimell acc.

1482. 3. Octobris fr. Henricus Kellner. 6. Octobris fr. Udalricus Spat cv. 12. Octobris rev. p. Luca Scharer.

1483. 20. Octobris rev. p. Hieronymus Stainer. 30. Octobris rev. p. Ludovicus Lomer. 15. Novembris rev. p. Georgius Naignkopf. 21. Novembris fr. Adam Cuper diac. Rev^{i} p^{es} Bitrolphus et p. Lucas. 11. Decembris fr. Udalricus Pluntwurt.

1484. 2. Mai fr^{es} Wenceslaus et Ioannes, cv^{i}. 31. Iulii fr. Leopoldus Seltsam cv. 17. Septembris rev. p. Ioannes Feltmann. 18. Octobris rev. p. Pangratius, baccalaureus studii.

1486. 7. Ianuarii rev. p. Chrysostomus Haman, mag. et regens ac inquisitor haereseos. 11. Martii rev. p. Fridericus Passmann. 15. Mai fr. Ioannes Schlik cv. Fr. Ioannes Undangg. 13. Iunii rev. p. Reginaldus, professor sacrae paginae. 29. Iunii rev. p. Paulus Nider, mag. studii. Admodum rev. p. Leonardus, theologiae lector.

1488. 6. Februarii rev. p. Andreas Hagenauer. 22. Mai rev. p. Ioannes de Hamburgo. 9. Iulii rev. p. Martinus Crapinna prior. 24. Novembris fr. Bernardus cv. 24. Decembris rev. p. Iacobus Stubach mag., prior hic, tamen prolis Teutonicę.

1490. 25. Ianuarii rev. p. Ioannes Fauster, prior in Tuln. 28. Ianuarii rev. p. Wolfgangus Flaugring. 21. Martii rev. p. Georgius Sumer. Rev. p. Georgius Lieb. 9. Augusti fr. Anselmus et fr. Iuniperus. 15. Decembris fr. Sebastianus Spoegger.

1491. 25. Ianuarii rev. p. Ioannes Stêer, theologiae lector. Rev. p. Conradus Schildner. 3. Martii rev. p. Patritius Rampl. 3. Iulii rev. p. Krais, theologiae baccalaureus.

1494. 22. Iulii rev. p. Nicolaus Kraus. 13. Augusti rev. p. Leonardus. 15. Septembris fr. Bernardus Polschov. 18. Octobris rev. p. Petrus Tremel.

1495. 22. Iunii fr. Martinus Hold cv. 9. Iulii fr. Georgius Prod acc.

1496. 31. Maii rev. p. Erasmus Peer, theologiae lector. 28. Iulii rev. p. Ioannes Rosa, prior hic. 31. Septembris fr. Martinus Kracher cv. 14. Novembris rev. p. Griesser, prior in Roez.

1497. 5. Augusti rev. p. Rupertus Catrer. 6. Augusti rev. p. Ambrosius Woland. 15. Septembris rev. p. Paulus Herg, theologiae lector. 16. Septembris rev. p. Casparus Scharer. 18. Septembris fr. Vitus Stumpf cv.

1498. 8. Iulii rev. p. Paulus Kurbis, prior hic. 2. Septembris rev. p. Ioannes Sachs.

1499. 29. Martii Stephanus Sailer. 14. Septembris Ioannes Mair. 17. Novembris Ioannes Grapler.

1500. 17. Maii fr. Andreas Ritter diac. 10. Iulii fr. Marcus Pinna subdiac. 20. Iulii rev. p. Ioannes Leo lector. 26. Octobris rev. p. Udalericus Zegner, mag., prolis Teutonicę, professor hic.

1501. 23. Ianuarii rev. p. Ioannes Perger. 16. Iunii rev. p. Daniel Epper. 6. Septembris rev. p. Ioannes Sprinsel. 10. Octobris fr. Ioannes Kornhamer.

1502. 23. Martii rev. p. Vincentius Altenhofer. 23. Aprilis rev. p. Georgius Astell. 4. Ianuarii rev. p. Sebastianus Spaeth. 20. Iulii rev. p. Wolfgangus baccalaureus. 22. Iulii rev. p. Stephanus. 16. Octobris rev. p. Thomas Sandner.

1503. 21. Aprilis fr. Stanislaus cv. 1. Maii fr. Sebastianus subdiac. 5. Maii fr. Ioannes Platzer. 18. Iunii rev. p. Christian Mayr.

1505. 4. Februarii fr. Ioannes Lang. 18. Aprilis fr. Ioannes Saurtaig cv. 24. Octobris rev. p. Ioannes Harer.

1506. 15. Ianuarii rev. p. Petrus Frui, prior Tulnensis. 4. Aprilis rev. p. Iiberius[a]) Schwarz. 7. Augusti fr. Samuel Demel.

1507. 15. Martii rev. p. Matthaeus Sadler. 8. Iunii fr. Thomas Wolfel cv. 4. Septembris fr. Wernerus acc. 21. Decembris rev. p. Leonardus.

1509. 17. Iunii fr. Iiacobus[a]) Prill cv. 19. Iulii rev. p. Paulus Walner. 12. Septembris rev. p. Conradus Briner.

1510. 29. Ianuarii rev. p. Wolfgangus Nider. 29. Aprilis rev. p. Ioannes Wert regens. 13. Maii fr. Ioannes Talker cv. 26. Iulii rev. p. Leo Teiss, mag. et prior. 9. Decembris rev. p. Ioannes Hemmer.

1511. 5. Novembris rev. p. Alexius Luzel mag., prior hic et inquisitor huius provinciae. 12. Decembris rev. p. Hugo de Hugone.

1512. 8. Februarii fr. Ioannes Koenig cv. 12. Aprilis rev. p. Iacobus Lachner. 22. Aprilis rev. p. Ioannes Steirer. 18. Maii Wolfgangus Velser.

1513. 20. Maii rev. p. Iacobus Dienst baccalaureus. 30. Maii rev. p. Nicolaus Eger, theologiae lector, prior in Frisaco. 5. Iunii rev. p. Martinus Riedmair. 23. Decembris rev. p. Dominicus Saur, theologiae lector.

1515. 20. Februarii rev. p. Georgius de Laa. 10. Iunii rev. p. Rupertus baccalaureus, prior Leobensis, Tulnensis et Viennae.

1517. 18. Aprilis rev. p. Pangratius Kraus. 28. Maii fr. Georgius Heilig cv. 31. Maii fr. Bernardus Gloz cv.

1518. 4. Augusti rev. p. Pruna, theologię lector, iubilaris 95 annorum. 8. Augusti rev. p. Wornarius baccalaureus.

1519. 1. Ianuarii rev. p. Sigismundus Schrater. 15. Februarii rev. p. Dominicus Man, concionator 19 annorum. 19. Decembris rev. p. Henricus Eisenhamer.

1520. 5. Februarii rev. p. Matthias Freundorf. Rev. p. Erasmus Schultheis. 19. Iunii rev. p. Barthocarus Iltsnik. 4. Augusti fr. Michael Mezger cv. Rev. p. Iacobus Iung. 3. Septembris fr. Helias Fleischmacher.

---

[a]) *Sic liber.*

NOTA NECROLOGICA DE DOCTORIBUS AC PROFESSORIBUS UNIVERSITATIS VINDOBONENSIS A. 1436 MORTUIS.

Nota haec codicis 4497 minoris formae chartacei in bibliotheca caesarea Vindobonensi reconditi folio 266^{a} tractatibus dogmaticis inserta continetur, qui saec. 15. ineunte scribi inceptus est. De qua copiosius disserui Neues Archiv XXXV, 737. Quam litteris maioribus exscribendam curavi atque hic primo in lucem edidi.

Explicit scribendo pariter et legendo in profesto s^{i} Nicolai [1]) scriptum huiusmodi et lectum in tertio libro sententiarum [2]) a. d. 1436, cuius libri prefati inchoavi leccionem feria secunda immediate post octavas pasce a. (14)36. Attamen invalescente pestilentia anno predicto videlicet (14)36 adeo, quod de certo die una sepeliuntur 70 funera ante [a]) assumpcionis b. Virgine [b]) [3]), tunc Wyenne constituto pluribusque nobilibus suppositis universitatis protunc et paulo ante defunctis videlicet professore sacre pagine mag^{o} Petro Pirchenbart, in collegio ducis seniore regente ac lectore in theologia, preterea mag^{o} Chuenrado Heribst similiter doctore licet novo et non unius anni in theo(logia) et ordinis Predicatorum, sepulto in domo Predicatorum Wyenne. Ceterum mag. Urbanus de Mellico, ecclesie s^{i} Stephani can. et in theo(logia) doctor, peste violentante vita fungi desiit aliis omissis tam mag^{is}, baccaleariis quam scolaribus, viris moralissimis ac virtuosissimis, quorum felices cineres requiescant in pace. Postremo preceptis nature obtemperans debitumque eius persolvens mag. Iohannes Staedlaer de Lanczhueta, baccalarius formatus in theologia ac collegiatus in collegio ducis, epidimia tactus expiravit in loco prescripto summo collegio, duobus et scolaribus mag^{orum} ibidem paucis intervenientibus diebus ex post turbulentum mare presentis seculi exierunt [c]), quibus attentis universitas solenniter congregata in doct(oribus) et m(ag^{is}) conclusit, ut de ceteris videlicet a tempore paulo ante assumpcionem Marie omnes actus scolastici, staciones pariter et consistoria universitatis penitus non fierent usque ad festum Cholomanni [4]) aut, si expediat et videatur, per amplius huiusmodi actus suspenderentur. Quo concluso et habita plena videlicet vacacione recessi post reverentiam meam in aula statim ad partes nativas die videlicet dominica immediate ante [a]) assumpcionis absentando me tredecim integris septimanis et die una. Postremo Wyennam redii feria tercia post [a]) Elizabeth [5]) inveniens

[a]) *Sc.:* festum. [b]) *Corr.:* virginis. [c]) *Corrig.:* exeuntibus = mortuis.

[1]) *Dec. 5.* [2]) *Petri Lombardi.* [3]) *Aug. 15.* [4]) *Oct. 13.* [5]) *Nov. 20.*

tantum quattuor collegiatos presentes adhuc, cum quibus ego quintus, toto enim tempore a suspensione leccionum et post recessum meum dumtaxat unus mag^{orum} collegio preerat omnibus aliis absentibus usque ad[a]) Cholomanni. In festo autem Katherine[1]) congregabatur universitas in suppositis[b]) ac doctoribus ac mag^{is} et pro tunc eligebantur primo omnes universitatis officiales ac eadem die[c]) . . . et ex post continuabantur lecciones in omnibus facultatibus.

---

a) *Sc.* festum. b) *Lectio incerta.* c) *Folio resecto cetera legi nequeunt.*

1) *Nov. 25.*

MONUMENTA NECROLOGICA MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

Monasterii Scotorum celeberrimi, quod a. 1158 Heinricus I. dux Austriae, Iasomirgott cognomine appellatus, monachis s. Benedicti regulam profitentibus, ex Hibernia atque Scotia ortis, Vindobonae fundavit, medii aevi necrologia nunc sane reperiri nequeunt (cf. Neues Archiv XXXV, 735).

1. Nostris tantum exstat diebus exemplar a memoriae venerabilis viro P. Hieronymo Pezio, monacho Mellicensi, typis exscriptum (Scriptores rerum Austriacarum I, 700 seqq.), quo ipse necrologium in coenobii Mariaecellensis nunc sublati bibliotheca quondam conservatum vulgavit. Cuius in prooemio auctor necrologii Scotorum codicem alterum in bibliotheca caesarea Vindobonensi asservari, ut eum P. Bernardus Pezius germanus eius certa ex fama edocuit, mentionem infert. Sed iam ab auctore satis priore Iohanne Raschio a. circiter 1584 Scotorum necrologium ex quodam codice eorum publici iuris factum est, cui editioni titulus: „Mortilogus capituli Scotensis et anniversarii monasterialis calendarium defunctorum" praefigitur, quacum Pezii editionem fere totam congruere nemo nescit.

Praeterea duae necrologii recensiones in huius coenobii tabulario conditae, altera saec. 17., altera saec. 18. confecta nunc exstant, quae nullius fere momenti tamen censenda sunt, praesertim cum abbatum monasterii medio aevo defunctorum tantum nomina et quidem commemorationis causa obitus dierum ratione neutiquam habita inscripta sunt, quapropter illas plane neglexi atque Pezii editionem hic repetii.

2. Notas quoque necrologicas saec. 15., circa a. 1468 descriptas, quas codex 405 Scotorum bibliothecae Vindobonensis chartaceus, 55, G, 16 signatus, saec. 15. exeunte descriptus in foliis 99b—101a continet, hic primum exaratas addidi.

3. Oblationum et anniversariorum monasterii Scotorum liber codice maioris formae membranaceo in eiusdem monasterii tabulario recondito continetur, qui ex parte vitiose „liber fundationum antiquiorum et benefactorum" inscriptus, saeculo 15. exaratus est. Hic liber, qui Scrin. 103 Nr. 1 signatus est, medio saeculo 15. a pluribus librariis iussu Iohannis Scotorum abbatis compositus paginis 35—51 privilegium Narcissi ad S. Stephanum canonici notationesque comprehendit, quae anniversariorum fundationes hucusque factas descripserunt. Notationes vero praeprimis a Martino Scotorum abbate aliisque librariis usque ad saeculi 15. exitum continuatae sunt. Quem librum quondam Georgius Zappert ex parte primus in lucem edidit (cf. Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissensch. XIII, p. 97—118 „Über das Fragment eines Liber dativus") atque illum continuationem cuiusdam libri dativi saeculo 12. aut 13. exarati esse censuit, cuius fragmentum saeculo 15. descriptum se investigasse professus est. At Carolus Uhlirz hanc editionem re diligenter perpensa commentariis suis criticis (Gesch. der Stadt Wien II, 2, 592 n. 1) aggressus est atque eundem auctorem hoc fragmentum adulterasse asseverat.

Ut librariorum diversorum manus in editione discernerem, quae primus librarius scripsit, litteris maioribus, continuationes vero librariorum variorum sequentes litteris maioribus uncis inclusis typis curavi exscribendas.

Necrologium ipsum litteris minutis, notas vero necrologicas litteris maioribus exscribendo distinguo.

Viro clarissimo, doctori P. Alberto Hübl, bibliothecae Scotorum custodi optime merito, hoc etiam loco gratias ago debitas.

1. NECROLOGIUM MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

IANUARIUS.

1. kal. Leonardi m^{i} Ulricensis in Augusta, qui scivit 70 scripturas formare et plures.
6. VIII. id. Petri de Rosenhaym m^{i} Mellicensis, qui bibliam metrice composuit, 1464.
8. VI. id. Finani abb^{is} n^{i} 1195. Nicolai abb^{is} Mariaecellensis.[1]
9. V. id. Sanctini abb^{is} n^{i} 1169. Iohannis abb^{is} S^{i} Lamberti.[2]
12. II. id. Maximiliani I. caesaris.[3]
13. id. Haynrici Iohsamergot[4], fundatoris n^{i}, et ux^{is} anniv.
14. XIX. kal. Haynrici ducis.[5] Friderici regis Romanorum.[6]
20. XIII. kal. Dominica ante conversionem Pauli anniv. Seyfridi de Piesten civ. Vienn., com^{is} camerae in Schemniz, et Ursulae ux^{is}, qui testati sunt mon^{io} 100 florenos.
26. VII. kal. Ottonis imperatoris.[7]
28. V. kal. Berhardi suffraganei Patav.[8]
31. II. kal. Hemmae reginae Bavariae.[9]

FEBRUARIUS.

2. IV. non. Conradi abb^{is} Ulricensis Augustae.
3. III. non. Ludovici caesaris.[10]
4. II. non. Alberti ducis Bavariae, can^{i} et pbr^{i} ad S^{um} Hypolitum. Item Mercardis martyrisatae in cemiterio hoc.
7. VII. id. Anniv. Bernhardi de Haselau et Margaretae ux^{is} de Ekhardsau, qui testati sunt mon^{io} domum Franauer ex opposito ecclesiae.
13. id. Alberti abb^{is} n^{i} 1401.
17. XIII. kal. Petri ep^{i} Neustadiensis[11] in Austria.
19. XI. kal. Anniv. Christanni mil^{is} de Daehenstain, Gibergis ux^{is} et Bernhardi filii eorum. Pro his, sicut pro fundatore orabatur singulis concionibus per totum annum.
24. VI. kal. Friderici abb^{is} Mellicensis.[12]
26. IV. kal. Leopoldi ducis Austriae[13] filii Alberti regis.
27. III. kal. Iodoci abb^{is} Mariaecellensis.[14]

MARTIUS.

5. III. non. Pauli abb^{is} Lambacensis.[15]
6. II. non. Angeli abb^{is} Formbacensis.[16]
10. VI. id. Christiani de Daehenstain et Gilburg ux^{is} alter anniv.
12. IV. id. S^{um} Gregorium patronum e. h. solenniter celebrat conventus.
13. III. id. Erhardi de Stira abb^{is} Gottwicensis.[17] Barbarae de Bucchaym.
14. II. id. Nicolai Dinckelspuehel[18] doctoris theologiae.
17. XVI. kal. Gregorii abb^{is} n^{i} 1202.
18. XV. kal. Constantiae mag^{ae} mon^{ii} s^{ae} Magdalenae extra portam Scotorum Viennae.

---

[1] *1506—1514.* [2] *1342—1358, ob. Ian. 10.* [3] *Ob. a. 1519.* [4] *1141—1177.* [5] *Quo pertineat, non constat.* [6] *Fridericus III., 1314—1330, sed ob. Ian. 13.* [7] *Otto III. ob. a. 1002, sed Ian. 23.* [8] *Ob. 12. Ian. 1526.* [9] *Ux. Ludovici Germani ob. a. 876.* [10] *Dies anniversarius ad quemquam regum aut imperatorum huius nominis referri nequit.* [11] *Petrus Engelbert 1477—1491.* [12] *Ob. 24. Febr. 1378.* [13] *Ob. a. 1326, sed Febr. 28.* [14] *1514—1518.* [15] *Ob. a. 1514, sed Mart. 6.* [16] *1501—1513.* [17] *1481—1489.* [18] *Ob. a. 1499.*

19. XIV. kal. Benedicti abb^{is} Lunaelacensis[1]) reparatoris sui mon^{ii}, qui in die s^{i} Benedicti et natus, m., pbr. et abb. factus et mortuus est.
23. X. kal. Eugeniae dec^{ae} S^{ae} Magdalenae.
28. V. kal. Caesarii abb^{is}.

APRILIS.

5. id. Richizae ducissae.
16. XVI. kal. Friderici ducis Austriae.[2])
17. XV. kal. Kiliani abb^{is} Seitenstetensis.[3])
18. XIV. kal. Viti abb^{is} Eberspergensis in Bavaria.[4])
19. XIII. kal. Placidi abb^{is} n^{i}.[5]) Blanchae ducissae.
23. IX. kal. Bartholomei ppos^{i} ad S^{um} Hypolitum.[6])

MAIUS.

2. VI. non. Alberti caesaris[7]) et Elisabethae ux^{is}, de quibus datur nobis sal de Halstat.
10. VI. id. Iohannis abb^{is} Mellicensis.[8])
13. III. id. Anniv. famulae n^{ae} Mundolfing, quae aliquot 100 florenos nobis reliquit.
14. II. id. Kunigundis de Mistelbach.
21. XII. kal. Petri Caputii cardinalis.
22. XI. kal. Donati abb^{is} n^{i} 1380. Sigonae abb^{ae} S^{i} Nicolai extra Portam Stubarum Viennae.
24. IX. kal. Wilhelmi abb^{is} n^{i} 1439.
25. VIII. kal. Michaelis com^{is} a Maydburg, et debent 12 panes (herrenlaeubel) dari pauperibus et fr^{ibus} ferculum piscium.

IUNIUS.

1. kal. Anniv. Iohannis Polzmacher doctoris, ppos^{i} Brinnensis, qui legavit nobis bibliothecam suam, libros praesertim iuridicos, in membrana scriptos.
6. VIII. id. Conradi caesaris.[9]) Alberti ducis.[10])
13. id. Stephani Kolb abb^{is} n^{i}.[11]) Leonhardi abb^{is} Kremsmuensterensis.[12])
16. XVI. kal. Friderici caesaris et Arnesti marchionis Austriae.[13])
17. XV. kal. Arnesti archiducis Austriae et ducis Stiriae.[14])
23. IX. kal. Hainrici marchionis Austriae[15]), qui s^{um} Colomannum ad Mellicum attulit.
25. VII. kal. Pauli Meigsner, qui testatus (est) mon^{io} 100 florenos et crucem auream parvam.
27. V. kal. Sebastiani abb^{is} Eberspergensis.[16])
28. IV. kal. Iohannis abb^{is} n^{i}.[17])
29. III. kal. Iohannis Keck doctoris et m^{i} in Tegernsee.

IULIUS.

1. kal. Nicolai ppos^{i} S^{ae} Dorotheae Viennae.
13. III. id. Matthiae abb^{is} Gotwicensis[18]) et Symonis abb^{is} Salzburgensis.[19])
15. id. Wilhelmi ducis Austriae.[20])
22. XI. kal. Stephani abb^{is} Mellicensis.[21])
27. VI. kal. Leopoldi II. ducis Austriae et Stiriae.[22])
29. IV. kal. Martini abb^{is} n^{i} 1455.
30. III. kal. Christianni abb^{is} Mellicensis.[23])

AUGUSTUS.

1. kal. Rudolphi ducis Austriae.[24])
5. non. Iohannis Stistersdorfer abb^{is} Mellicensis.[25])

---

[1]) *Ob. a. 1499 Mart. 21.* [2]) *Fridericus I. dux Austriae ob. a. 1198.* [3]) *Ob. a. 1501.* [4]) *Ob. a. 1512. De die obitus dissentiunt.* [5]) *Ob. a. 1500.* [6]) *Ob. a. 1515.* [7]) *Albertus I., occisus a. 1308, sed Mai. 1.* [8]) *Iohannes IV. ob. a. 1474. De die obitus dissentiunt.* [9]) *Ob. a. 1039, sed Iun. 4.* [10]) *Dies anniv. ad nullum ducem referri potest.* [11]) *1479—1482.* [12]) *1524—1526, sed ob. Iun. 6.* [13]) *Fridericus I. imp. († 1190) et Ernestus marchio († 1075), quorum tamen uterque ob. Iun. 10.* [14]) *Ob. a. 1424, sed Iun. 10.* [15]) *Heinricus I. Austriae marchio ob. a. 1018.* [16]) *Ob. a. 1504. De die obitus dissentiunt.* [17]) *1486—1500.* [18]) *Ob. a. 1507, sed Iul. 11.* [19]) *Ob. 1525, sed Iul. 14.* [20]) *Ob. a. 1406, sed Iul. 11.* [21]) *Stephanus de Spanberg (Spangenberg) 1451—1453.* [22]) *Ob. a. 1230.* [23]) *1433—1451.* [24]) *Rudolfus IV. ob. a. 1365, sed Iul. 27.* [25]) *1497—1504.*

8. VI. id. Nicolai ex Respiz Austriaci magi, primi ex Germanis abbis et reformatoris ni 1428 post Scotos.
10. IV. id. Leopoldi ducis.[1]
12. II. id. Iacobi Paemperl pposi Neuburgensis.
14. XIX. kal. Leopoldi ducis Austriae.[2]
16. XVII. kal. Leonhardi Kuku cani Sae Dorotheae.
17. XVI. kal. Galli abbis ni 1486. Iohannis abbis Mariaecellensis.[3]
18. XV. kal. Donaldi abbis ni 1392. Friderici III. caesaris.[4]
21. XII. kal. Christophori abbis Mariaecellensis.[5]
22. XI. kal. Leonhardi abbis Mellicensis.[6]
23. X. kal. Sebastiani abbis Gotwicensis.[7]
24. IX. kal. Haynrici caesaris.[8]
25. VIII. kal. Bertholdi de Mangen hubarum magi in Austria, magni fautoris ni et benefactoris ni.
29. IV. kal. Alberti ducis Austriae[9], fundatoris carthusiae Gaemingensis.
30. III. kal. Haynrici abbis ni 1343.

SEPTEMBER.

5. non. Thomae abbis Campi Liliorum.[10]
8. VI. id. Benedicti Chelidonii abbis ni 1521. Est hac die patrocinium e. h. Rector et tota academia processionaliter et etiam li aliunde advenientes stationem habuerunt olim hic apud imaginem b. virginis, de cuius miraculis seorsum scribetur.
12. II. id. Memoria occisorum.
13. id. Alberti ducis Austriae.[11]
14. XVIII. kal. Chunradi abbis ni 1541.
15. XVII. kal. Ludovici abbis Mellicensis.[12]
16. XVI. kal. Mauricii abbis ni.[13]
22. X. kal. Wenceslai regis.[14]
23. IX. kal. Hermanni Haesler et uxis, qui ad hoc dedit 200 florenos pro vinea Resinger.

OCTOBER.

4. IV. non. Hermanni ducis Austriae.[15]
5. III. non. Hainrici caesaris.[16]
6. II. non. B. Adalberonis[a] epi Wirzburgensis, comis a Lambach[b] et Scherding, fundatoris Lambacensis, ibi sepulti 1088. *(Ob. 1090.)*
10. VI. id. Leonhardi Suss, qui erexit et decoravit altare sae Crucis.
12. IV. id. Leopoldi marchionis[17], fundatoris Mellicensis.
13. III. id. Matthiae de Znoym abbis Gotwicensis.[18]
14. II. id. Alberti ducis Austriae.[c] [19]
15. id. Wolffgangi abbis Mellicensis[20], carthusiani in Axsbach.
16. XVII. kal. Michaelis abbis ni 1527.
17. XVI. kal. Wilhelmi abbis ni.[21]
18. XV. kal. Leopoldi ducis Bavariae[22], filii si Leopoldi.
19. XIV. kal. Iohannis abbis ni, ex Mellico postulati, et Andreae abbis Seitenstetensis.
21. XII. kal. Haynrici ducis.[23]
24. IX. kal. Iohannis abbis ni, theologiae professoris 1467. Leopoldi marchionis Stiriae.[24]
26. VII. kal. Martini abbis ni 1418.
27. VI. kal. Alberti caesaris[25], ducis Austriae, regis Ungariae, pis Ladislai regis.

---

a) Adalberti *cod.* b) Laymbach *cod.* c) *Ex mortilogi Iohannis Raschii editione expletum.*

1) *Ob. a. 1344.* 2) *Quo pertineat, non constat.* 3) *Iohannes V. 1475—1486.* 4) *Ob. a. 1493, sed Aug. 19.* 5) *Ob. 1524.* 6) *Ob. 1433, sed Aug. 23.* 7) *1507—1516.* 8) *Heinricus VII. ob. a. 1313.* 9) *Albertus III. ob. a. 1395.* 10) *Ob. 1499, sed Sept. 3.* 11) *Albertus IV. ob. a. 1404, sed Sept. 14.* 12) *Ludovicus III. 1474—1480.* 13) *1320—1337.* 14) *Wenzeslaus I. Bohemiae rex ob. a. 1253.* 15) *Ob. 1250.* 16) *Heinricus III. ob. a. 1056.* 17) *Liupoldus II. ob. a. 1096, sed Dec. 12.* 18) *Ob. 1532.* 19) *Cf. ad Iun. 6.* 20) *Wolfgangus I. Schaffenrath dictus 1483—1497.* 21) *Forsan Guilelmus III. 1348—1349?* 22) *Ob. a. 1141.* 23) *Fort. fil. Alberti primi, qui ob. a. 1327. Cf. Decemb. 28.* 24) *Ob. a. 1129.* 25) *Albertus II. ob. a. 1439.*

NOVEMBER.

1. kal. Haynrici abbis Seitenstetensis, hic sepulti.[1])
6. VIII. id. Leonhardi abbis ni.[2])
8. VI. id. Alberti marchionis[3]), filii Leopoldi.
9. V. id. Augustini abbis Mariaecellensis.[4])
12. II. id. Iohannis Ernst anniv. Pro hoc dantur annuatim 3 floreni de domo iuxta waghaus, 1 florenus ad sacristiam pro laboribus, 1 florenus pro missis, 1 florenus pro carnibus et panibus pauperibus distribuendis. Sed nunc sacristanus totum recipit pro conventu, quia etiam et nos mi pauperes sumus in do licet sine defectu et mendicatione ex libro capitulari.
17. XV. kal. Wilhelmi abbis ni.[5])
18. XIV. kal. Sigismundi abbis Mellicensis.[6])
21. XI. kal. Udalrici abbis ni 1204.
22. X. kal. Ladislai filii regis Alberti.[7])
28. IV. kal. Stephani pposi Sae Dorotheae.
29. III. kal. Symonis pposi Neuburgensis.

DECEMBER.

2. IV. non. Virgilii abbis Salzburgensis.[8])
3. III. non. Philippi Mair et Elisabethae uxis, pro quo annivio dedit nobis molendinum auf der Blaich.
7. VII. id. In Mellico sae crucis miraculosae inventionis hic apud Scotos Viennae.
9. V. id. Iohannis abbis Kremsminsteriensis.[9])
10. IV. id. Friderici ducis Austriae.[10])
11. III. id. Tessilonis ducis Bavariae, mi in Kremsminster, quod fundavit.[11])
25. VIII. kal. Nicolai abbis et reformatoris Mellicensis 1526.
26. VII. kal. Laurentii abbis Gotwicensis.[12])
27. VI. kal. Petri abbis Gotwicensis.[13])
28. V. kal. Hainrici ducis Austriae.[14])
31. II. kal. Leopoldi ducis Austriae.[15])

---

2. NOTAE NECROLOGICAE MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

A. d. 1426 ob. abb. Nicolaus Mellicensis sub matutinali officio Wyenne et quando prima missa incipiebatur in die nativitatis di (Dec. 25). Similiter et p. suus carnalis eadem nocte moriebatur, et ambo ducti sunt Medklicum et ibi sepulti.

A. d. 1428 ob. abb. Nicolaus[16]), primus reformator post discessum Scotorum in vigilia si Laurencii, de Austria et de Respicz (Aug. 9).

A. d. 1446 ob. d. Iohannes abb.[17]) de Uxenhusen de Swevia de Medliko, electus successor eius in vigilia si Luce (Oct. 17).

A. d. 1464 ob. venlis d. senior, quondam abb. Martinus[18]) nominatus de Ungaria de Cypczsch, in die sorum martyrum Nazarii, Celsi, Victoris et Innocencii (Iul. 28).

---

1) *Ob. 1532.* 2) *1475—1479.* 3) *Ob. a. 1137, sed Nov. 9.* 4) *Ob. a. 1505.* 5) *Ob. a. 1349.* 6) *1504—1529.* 7) *Ob. a. 1457 Nov. 23.* 8) *Ob. a. 1502, sed Dec. 9.* 9) *Ob. 1524.* 10) *Filius Alberti II. ducis Austriae. Ob. 1362.* 11) *Annus quo obiit non constat.* 12) *1468—1481.* 13) *1402—1431, sed ob. Dec. 24.* 14) *Cf. ad Oct. 21.* 15) *Ob. a. 1194.* 16) *Nicolaus III. 1418—1428.* 17) *Iohannes V. 1428—1446.* 18) *abbas a. 1446—1464.*

Item secuntur ceteri fr^{es} post eos defuncti: Ladislaus prior de Ungaria Scolhi[a]), fr. Georgius de Slesia sac., fr. Iodocus dyac. de Swevia, fr. Patricius sac. de Scocia, fr. Haynricus sac. de Bawaria, fr. Herhardus cv. de Austria, fr. Clemens sac. de Slesia, fr. Leonardus sac. de Bawaria, fr. Martinus sac. de Mysna, ob. fr. Iohannes de Lewcza de Ungaria sac., fr. Michael sac. de Austria, fr. Georgius cv. primus de Moravia, fr. Iohannes de Ratispona de Bawaria, fr. Otto sac. de Bawaria.

A. d. 1466 descripti sunt predicti defuncti fr^{es} vacante abbacia Scotorum Wyenne, sed deo dante nunc electus abb. Iohannes de Lambaco consensit in eleccionem, mag. in theologia: fr. Iohannes sacristanus de Swevia et de Byblingyn, Stephanus prior de Austria sac. et de Wyenna mag. in artibus, fr. Silvester sac. de Austria, fr. Balthasar sac. de Bawaria, fr. Thomas cv. de Moravia, fr. Thomas sac. de Ungaria et scholavus[b]), fr. Iohannes de Slesia sac., fr. Fridericus sac. de Austria, sepultus in Pulka, fr. Conradus sac. de Bawaria. Inclusi autem sunt isti: fr. Iohannes lapicida[c]) cv. de Bavaria. Fr. Iodocus sac. de Franconia, fr. Placidus[d]) de Slesia cv., fr. Symon de Austria sac.

Infrascripti extra mon. sunt sepulti: fr. Michael cv. de Austria, fr. Wolffgangus sac. de Austria, fr. Bernardus sac. de Austria et de Wyenna, fr. Benedictus de Bavaria, factus abb. in Seytensteten[e])[1]), fr. Vitus sac. de Austria, fr. Andreas sac. de Bavaria, fr. Augustinus de Franconia, fr. Nicolaus cv., fr. Iohannes de Constancia et ibi abb. factus et leprosus, fr. Conradus de Uxenhusen sac. et de Franconia, fr. Paulus de Ungaria et scholavus[b]) et sac. et fr. Philippus sac. de Bavaria.

A. d. 1467 ob. p. prior Basilius ante professionem vocatus Iohannes et eodem tempore in eadem pestilencia ob. fr. Petrus nov. de Novo dolio.

A. d. 1468 ob. d. Iohannes abb. et mag. in theologia de Lambaco, item fr. Iohannes in Pulka. Item a. d. tempore Mathye abb^{is} 1468 ob. fr. Iacobus cv. infra octavam nativitatis Marie (Sept. 8—15). Item ob. fr. Hainricus in die omnium animarum (Novemb. 2) in Monte Cassino prof. Item a. d.[f]) tempore Mathye abb^{is} ob. fr. Anthonius sac. sabbato in vigilia nativitatis d^{i}.

3. LIBER OBLATIONUM ET ANNIVERSARIORUM MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

In nomine domini; amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, die vero lune tredecima mensis Augusti hora vesperorum vel quasi sacro Basiliensi durante concilio Wienne in monasterio beate Marie virginis Scotorum ordinis s^{i} Benedicti Patav. diocesis in edificio abbaciali in mei notarii publici et testium presencia subscriptorum venerandus in Christo p. et d., d. Iohannes abb. eiusdem mon^{ii} suo et conventus sui nominibus litteras commissionis rev^{i} in Christo p^{is} et d^{i}, d^{i} Leonardi Patav. ep^{i} in favorem ipsorum datas et concessas ac venerabili et egregio arcium liberalium et sacre pagine professori, mag^{o} Narcisso de Perching directas ibidem constituto presentavit, quas idem cum reverencia debita recepit huiusmodi sub tenore: Leonardus dei gracia eps. Patav.[2]) egregio in Christo sincere dilecto mag^{o} Narcisso de Perching sacre pagine doctori, ecclesie collegiate s^{i} Stephani Wienne n^{e} diocesis can^{o}, salutem in domino. Sacra scriptura dilucidante omne, quod fit contra conscienciam, edificat ad gehennam[g]) timoratisque conscienciis subveniendum existit ac

a) *Lectio incerta.* b) *I. e. nationis slavicae.* c) *Sequitur exstinctum:* fr. d) *Alia manus in margine notat:* adhuc vivit in Speczl. e) Seyczensteten *cod.* f) *Annus incarnationis deest.* g) iehennam *cod.*

1) *Ob. 21. Sept. 1441.* 2) *Leonhardus a Layming 1424—1451.*

beatius est ibi timere culpam, ubi culpa non est, quam non agnoscere delictum. Venerabili itaque ac devotis in Christo sincere dilectis Iohanne abbate [1]) totoque conventu mon^{ii} beate Marie virginis alias Scotorum Wienne eiusdem n^{e} diocesis nobis exponentibus didicimus, quod ipsi pro suarum conscienciarum informacione ac puritate litteras sui mon^{ii} hincinde repositas diligenter conspexissent ibique invenissent aliquas, ex quorum tenore aliqua implenda essent obnoxii, que tamen ab antecessoribus suis etiam tam diu, quo usque memoria huiusmodi se extenderet, minime essent completa neque complerentur, licet adhuc aliqua bona pro eisdem quamvis pauca in sua repperirent potestate, et an execucio iuxta earundem litterarum continenciam perfecta existat aut bona ad monasterii et fr^{um} utilitatem forent deventa aut qualiter alienata ipsis minime constarent, petentes devota precum instancia sibi paterne super eisdem consulere, ac oportune nos itaque puritatem predictorum virorum in d^{o} commendantes volentesque ipsos fore in animo et consciencia quietas, ut acceptum deo valeant reddere famulatum, de tuaque legalitate et peritia plurimum confidentes. Tibi harum serie litterarum iniungimus obnixius exhortantes, quatenus supradictum monasterium n^{is} vice ac auctoritate supradictisque litteris ac aliis tibi notificandis diligenter inspectis et consideratis bonisque adhuc occasione implendorum habitis et alienatis recensitis ac pensatis, si que rationabiliter adhuc pretextu eorundem, quo ad anniv^{ia} aut alia quecumque fuerint fienda aut perficienda ipsa impleri, si autem minus, quam fieri debuit aut debeat, facta sint atque fiant ea, sicuti tibi videbitur, ordines atque statuas condigne suppleri aliaque facias in hac re, que pro quietacione ac conscienciarum sinceritate videris expedire, dantes tibi nichilominus plenam facultatem et auctoritatem cum eisdem abbate et conventu, fratribus ac quolibet eorundem disponendi, declarandi eos super peccatis ac delictis, si que propterea commiserunt, absolvendi ac cum eis dispensandi, prout necessarium fuerit et oportunum, taliter agendo, ut ab omnium remuneratore recompensam reportare a nobisque merito valeas commendari, super quo tuam conscienciam oneramus. Datum Wienne decima die mensis Iunii a. etc. (14)42. Post quarum quidem litterarum presentacionem et recepcionem, ut premittitur, factas prelibatus ven^{lis} p., d. Iohannes abb. nominibus quibus supra dicto mag^{o} Narcisso commissario instanter supplicavit, quatenus ad prescriptarum litterarum et in eis contentorum procedere velit execucionem iuxta commissam sibi facultatem. Prefatus igitur mag. Narcissus commissarius volens commissionem sibi in hac parte factam exequi reverenter litteris ipsius mon^{ii} predicti ac aliis sibi per prefatum dominum abb^{em} exhibitis ostensis et notificatis cum maturitate et diligencia debita inspectis recensitis et pensatis super eisdem et in ipsis contentis auctoritate ut premittitur sibi tradita de iurisperitorum consilio ordinavit, statuit et de scripto recitavit in hunc, qui sequitur, modum:

Primo Iacobus de Krud [2]) contulit 3 tl. ₰ reddituum pro missa perpetua in carnario. Idem contulit 6 tl. ₰ reddituum pro suo anniv^{io}, item 1 tl. ₰ pro lumine perpetuo in eodem, de quibus littera desuper confecta plenius relacionem facit. Sed quia de hiis in toto plus non habetur nisi due tl. cum dimidia, ideo auctoritate prefata arbitratus est, ordinavit et statuit, ut pro 1 tl. perpetui census peragatur eius anniv. cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis et de reliquis redditibus legatur in perpetuum una missa septimanatim ad apostolos, quod altare principaliter est in honore s^{i} Iacobi maioris consecratum, cuius singularis cultor ipse extitit littera teste, quia in eius honorem capellam in carnario a fundamento erexit et fundavit. Propterea in casu, quo missa pro nunc in carnario haberi solita deficeret, ipsa eadem missa de altari s^{i} Iacobi, quod est in ecclesia, transferatur in capellam carnarii ita sane, ut ad minus una missa per septimanam legatur in carnario perpetuis temporibus celebranda.

---

[1]) *Iohannes V. 1428—1446.* [2]) *Iacobus de Chrut et Katherina ux. eius a. 1322 hoc anniv. fundaverunt.*

Item d. Conradus Urwaetsch, quondam mag. hubarum in Austria, qui alias dicitur der Harmarkcht, cum sua coniuge Geisla nuncupata contulerunt[1]) ad capellam s^{i} Georgii mon^{io} Scotorum annexa sine medio 4 ℔. cum dimidia ₰. pro perpetua missa cum cantu et lumine perpetuis ibi habendis. Item iidem contulerunt pro suo anniv^{io} perpetuis temporibus celebrando cum suis oneribus dumtaxat 5 ℔. ₰. cum dimidia iuxta tenorem littere desuper confecte, in quibus quidem arbitratus est quam plura in eadem littera contenta non competere neque moribus neque religioni ipsorum fratrum predicti monasterii, ymmo nec animabus, pro quibus est collatum, ut clare patet litteram ipsam intuenti. Verum quia de predictis redditibus in libro fundi adhuc inveniuntur 4 ℔. ₰. perpetui census, ideo arbitratus est, quod pro eisdem pecuniis celebretur anniv. eorundem cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis et insuper in suprafata capella septimanatim legatur una missa in memoriam eorum, qui et pro quibus fundaverunt.

Item d. Conradus Urwaetsch, qui dicitur alias der Harmarkcht, filius supradicti, contulit[2]) mon^{io} beate Marie virginis Scotorum unum quartale vinee am Nuesperg site, de cuius proventibus in perpetuum statuit celebrari suum et sue uxoris Brigide anniv. cum onere in littera descripto. Verum quia ipsa vinea de suis fructibus non potest onus predictum supportare, idcirco arbitratus est, quod eius anniv. fiat per omnia sicut anniv. p^{is} sui prefati, et quod in prenominata s^{i} Georgii capella habeatur missa in perpetuum qualibet septimana dumtaxat una in eorum memoriam ut immediate supra.

Item Elizabeth dicta Metterin[3]) contulit mon^{io} suprafato quandam domum, de cuius annuo censu ordinavit haberi cottidianam et perpetuam missam in capella s^{i} Pauli eiusdem mon^{ii} annexis quibusdam oneribus iuxta tenorem littere desuper confecte. Item prefata Elizabeth contulit in peculium speciale d^{o} Heinrico, quondam abb^{i} Scotorum, quandam vineam an der Weissenleytten sitam. Sed quia domus prefata nescitur et vinea venit per ipsum d^{um} Heinricum abb^{em} in communem possessionem mon^{ii}, cum proprietas in ipsum cadere non potuit de iure, que vinea annuatim solveret licet difficulter duas ℔. ₰. prompte pecunie, idcirco arbitratus est pro remedio anime dicte d^{e} et pro securitate conscienciarum tam abbatis quam fr^{um} ipsius mon^{ii} sufficere, ut eius et sui mariti Conradi Metter anniv. perpetue celebretur modo et forma ut supra, ut sibi adiunctis tamen cuilibet misse anniversariali et principali quattuor aliis missis lectis in ipsorum memoriam, qui dederunt.

Item Heinricus Senfft[4]) contulit mediam ℔. ₰. perpetui census super domo, quam olym possedit vulgariter dictus Waicz, que ob originem est eciam fundi censualis mon^{ii} sepedicti, de qua quidem media ℔. ordinavit lumen nocturnum perpetuum ad s^{i} Martini capellam eiusdem mon^{ii}. Sed quia redditus sunt minus sufficientes, ideo arbitratus est id ipsum divini cultus obsequium in aliud pietatis opus commutare, idcirco ordinavit atque statuit in ipsius, qui contulit, memoriam annuatim circa festum beati Martini, cuius ipse devotarius, ut presumitur, extitit, per fr^{es} ipsius mon^{ii} monachos missam pro defunctis in choro perpetuo decantari.

Item d^{a} Macza relicta quondam d^{i} Ulrici de Neuburg contulit[5]) mon^{io} beate Marie virginis Scotorum 4 ℔. cum dimidia ₰. perpetui census fundi ante Portam Scotorum iuxta tenorem littere desuper habite, qui quidem redditus adhuc hodie quasi possidentur a predicto mon^{io}. Ideo ordinavit atque statuit, quod eius anniv. omnimode iuxta litteram eius peragatur videlicet cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis.

Item Agnes relicta quondam Perwinder in suo testamento legavit predicto mon^{io} quandam vineam, sitam in Grinczing am Schenkemperg, cum suis iuribus et pertinenciis, cuius vinee summatim sunt quinque quartalia, de qua quidem vinea ac eius annuis pro-

---

[1]) *Hoc anniv. a. 1324 fundatum est.* [2]) *Haec anniv^{ii} fundatio a. 1330 facta est.* [3]) *Elzbet vidua Chunradi dicti Meter a. 1340 diploma de hac fundatione dedit.* [4]) *Heinricus dictus Semft a. 1351 hoc anniv. fundavit.* [5]) *Matz vidua Ulrici de Newnburch a. 1315 hos redditus donavit.*

ventibus ordinavit in laudem omnipotentis dei ac gloriose sue genitricis virginis Marie et sue anime salutem annuatim et septimanatim decantari missam defunctorum feria secunda in capella s^{e} Katherine, ubi predicta d^{a} est sepulta. Verum quia predicti mon^{ii} fr^{es} de communi consilio non ita acceptaverunt, idcirco auctoritate prefata ordinavit, quatenus iuxta consuetudinem hactenus inolitam omni septimana legatur una missa pro defunctis et in reconpensam cantus celebretur anniv. eius cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis, sub qua quidem missa legantur alie quattuor in ipsius memoriam, in qualibet ipsarum imposita collecta pro eius anima.

Item quedam d^{a}, com^{a} Wilburgis vocata de Hardegg, dedit in prompta pecunia 100 ℔ ₰, ut videtur, ad fabricam mon^{ii} predicti, de quibus ordinavit anniv. quondam sui mariti Ottonis annuatim peragi iuxta omnem modum celebritatem et elemosinarum largicionem, sicut fundatoris d^{i} Heinrici ducis Austrie[1]) anniv. peragitur. Sed quia non constat hanc pecuniam in utilitatem mon^{ii} premissi[a]) et eciam ultra dimidium iusti precii mon. ipsum esse gravatum, ideo arbitratus est, hanc ordinacionem eorum consciencias, qui nunc sunt et qui post eos in perpetuum futuri sunt, non obligare.

Item dictus Hierss, quondam civ. Wienn., legavit[2]) in testamento suo legali ac legittimo vineam quandam nuncupatam Pyber sitam in Attachrin ipsi prefato mon^{io} pure propter deum in salutem anime sue et remedium ac sue uxoris dicte Hailken, ita tamen, ut de quatuor ℔ proventuum dicte vinee anniv. eorundem celebretur et de aliis quatuor infirmi fr^{es} eiusdem mon^{ii} consolentur. Quapropter ordinavit et statuit, quod eorundem anniv. cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis celebretur in perpetuum. Voluit insuper, ut die anniversariali habeatur eorum specialis memoria in capitulo, ubi omnes fr^{es} solent ad orandum pro defunctis convenire ita sane, ut dicatur in eorum congregacione pro tunc, quod iam dictus Hirss pro sua speciali memoria quatuor ℔ ₰ de supra dicta vinea ad infirmitorium ordinavit.

Item perspectis per eundem mag^{um} Narcissum diligencia, qua potuit ampliori, omnibus ac singulis aliis litteris, in quibus divini nominis obsequia sunt ordinata, reperit et invenit, quod redditus, super quibus erant fundata, sunt partim alienati et de quibusdam vehementer presumitur, quod eorum ordinacio cum reddituum collacione numquam sit execucioni demandata. Ideo auctoritate prefata sibi, ut prescribitur, tradita ob serenitatem ac quietudinem conscienciarum presencium et futurorum fr^{um} eiusdem mon^{ii} decrevit, eas omnes et singulas nullius fore roboris aut momenti et ipsos fr^{es} propter easdem litteras penitus ad nichilum obligari. Item simili modo perspectis libris mortuorum a fr^{ibus} fide dignis inventa sunt quam plura anniv^{ia} antiquitus inscripta, de quibus penitus nichil habetur, quorum eciam aliqua non sunt celebrata a tanto tempore, quantum se memoria hominum extendit, idcirco auctoritate sibi commissa cum ipsis fr^{ibus} desuper dispensavit, ut in futurum ad eorum celebracionem non sint obligati, quia tam ipsis, quam posteris eorum esset onerosa atque tediosa. Item quia presumitur, quod quam plures benefactorum prescriptorum ad divinum cultum contulerunt, quibus ex nunc in speciali nichil fiet, et ipsa bona, ut timetur, per negligenciam predecessorum sint alienata aut collapsa, ne igitur eorum beneficencie ipsi tam abb. quam conventus et eorum successores videantur ingrati, ordinavit atque statuit, ut iuxta suorum meritorum exigenciam omnes collatores et benefactores communium bonorum sint participes. Super et de quibus omnibus et singulis supradictus venerandus p., d. Iohannes abb. nominibus supratactis requisivit me notarium publicum subscriptum, ut sibi unum vel plura publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno, indiccione,

---

a) premisse *cod.*

1) *Heinricus II. „Iasomirgott", qui a. 1177 ob.*

2) *Diploma de hoc legato ab eo idibus Decembris a. 1302 datum est.*

mense, die, hora et durante concilio quibus supra presentibus ibidem ven^{li} et egregio ac discretis viris d^{o} Iohanne Polczmacher decretorum doctore in facultate sacri iuris canonici studii Wienn. ordinarii, Andrea Gilberti de Frankfordia arcium liberalium mag^{o} et Erasmo Sclode de Mulhusen baccalaureo in eisdem ac Iohanne Tristram dicti d^{i} Iohannis abb^{is} camerario, clericis Warmiensis, et laico dicte Patav. diocesis, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

(S. N.) Et ego Nicolaus Gerlaci de Kuenigisberg civitate, Sambiensis (diocesis[a])), publicus imperiali auctoritate notarius, quia dictis litterarum presentacioni earumque recepcioni ipsarum et in eis contentorum execucioni ordinacioni statutis et arbitramento omnibusque aliis et singulis premissis una cum prenominatis testibus interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manu mea scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi ac signo meo solito et consueto signavi requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

In nomine domini; amen. Nos Iohannes abb. totusque conventus mon^{ii} beate Virginis alias Scotorum in Wienna, ut facilius atque cercius rememorari valeant n^{orum} carorum beneficia nobis gratuito exhibita, studuimus sub brevi stilo conscribere eorum donaciones, quas in honorem dei omnipotentis ac s^{e} genitricis eius virginis Marie et suarum salutem animarum nobis nostroque mon^{io} exhibuerunt, eorum dumtaxat, quorum beneficia in kalendario istius libri non inveniuntur inserta nec eciam in litteris anniversarialibus[b]) exarata, quorum multi de fr^{um} devocione confisi studuerunt communibus bonis contentari, nolentes humeros n^{os} in speciali onerare per anniv^{iorum} aut aliorum divini cultus obsequiorum perpetuam institucionem. Hortamur insuper in caritate Christi omnes successores n^{os}, ut pya devocione permoti studeant similiter suorum benefactorum beneficia commendare et in scriptis simili modo redigere, ut crebro ad ipsa conspicienda fr^{es} recurrant deum omnipotentem pro eisdem rogaturi, ne tam nos quam ipsi aput ipsum deum omnipotentem arguamur ingratitudinis in futurum. Datum Wienne in mon^{io} predicto beate Marie virginis a. d. 1443 pridie ante epiphanias[b]) d^{i} n^{i} Iesu Christi.

In primis cupimus omnium fr^{um} oracionibus commendare ser^{mum} d^{um} Albertum[1]) dive memorie Romanorum[b]) semper augustum, Hungarie et Bohemie regem ac ducem Austrie quintum huius nominis, pariter cum sua coniuge Elyzabeth[2]) nuncupata, qui semper erga nos nostrumque mon. singularem gestarunt devocionem, quam in effectu magnifico ostendentes donaverunt eidem ob gloriose virginis Marie honorem ornatum plenum et perfectum ac preciosiorem quem habemus, puta casulam, dalmaticam et subtilem cum suis attinenciis et pallam altaris bruni coloris auro optimo intextas ac cappam preciosam eiusdem texture insertam quibusdam lapidibus preciosis. Item contulerunt eidem gloriose virgini Marie monstranciam argenteam deauratam precellentis magnitudinis cum reliquiis de peplo eiusdem virginis inibi reconditis. Item contulerunt preciosam calicem cum duabus ampullis argenteis unacum duobus candelabris et nola similiter argenteis. Et si quis prefati principis erga nos liberalitatem plenius voluerit cognoscere, studeat ipsius donaciones nobis concessas querere in litteris et privilegiis sub suo sigillo ac nomine roboratis.

Item quidam d. nomine Berchtoldus de Mangen[3]), mag. hubarum Austrie, edificavit nobis ex magna parte novum dormitorium in abside refectorii et alia quam plura beneficia, devotus deo nobis exhibuit consiliis et auxiliis mon^{ii} n^{i} incrementum tam spirituale quam temporale procurando. Ob. autem XVIII. kal. Septembris, cuius anniv. grata consuetudine introductum tenemur peragere, ut alibi patet.

---

a) *Deest.* b) *Cod.* c) *Sc.* regem.

1) *Albertus II. Romanorum rex ob. a. 1439.* 2) *Filia Sigismundi Romanorum regis, a. 1442 ob.* 3) *Huius in diplomatibus annis 1425—1436 saepius mentio fit.*

Item quidam egregius sacre theologie doctor et mag., Urbanus de Melico nomine, legavit nobis ex singulari devocione septem bona volumina, que sibi erant cariora. Idem doctor per quamplures annos ex sincera caritate gratis legit n^{e} congregacioni in sacra theologia; alias suam familiaritatem gratissimam cum consiliis nobis pro posse imperciendo. Ob. autem prenominatus doctor V. yd. Augusti sepultusque est in ecclesia s^{i} Stephani, cuius ipse can. erat et sac.

Item quidam l. cfr. n., civ. Wienn., nomine Nicolaus Newngruener, cum sua ux^{e} testati sunt nobis 24 tt. ₰ hoc tantum exigentes, ut quilibet in futurum populo in ecclesia n^{a} predicaturus eorum faceret mencionem oraciones populi pro eisdem more solito interpellans. Ob. autem predicti III. yd. Augusti.

Item quidam sac. nomine Iohannes, pleb. in Respicz, contulit ad structuram mon^{ii} 90 florenos et 26 marcas grossorum postulans in remedium anime sue communium oracionum se fieri participem. Ob. autem VIII. kal. Septembris.

Item quidam l. nomine Iohannes Pruggel pellifex cum sua coniuge edificaverunt altare novum in abside dextra in honore b. Marie virginis, s^{i} Iohannis ewangeliste et s^{e} Katherine, et ipsa coniunx post obitum mariti testata fuerat nobis domum prope chorum ecclesie n^{e}. Verum quia cives nolebant istam venire in possessionem mon^{ii}, ideo ordinaverunt nobis dari 50 tt. ₰. pro eadem domo. Ob. autem ipse Iohannes VI. yd. Septembris, ubi cum ipso sua coniunx libro mortuorum est inscripta.

Item quidam baro nomine Piligrimus de Buechaim testatus est nobis in duobus voluminibus Speculum historiarum[1]) ita tamen, ut pro 80 florenis Melicensibus impignoratum n^{o} peculio redimeremus. Idem testatus est insuper quosdam alios libros parvos et mappam mundi. Ob. autem VIII. kal. Octobris.

Item quidam l. mercator nomine Hermannus Haesil cum ux^{e} sua nomine Margaretha contulerunt nobis 200 tt. ₰., de quibus emimus certos redditus in Maispirpam et unum pomerium in Pulka et [a]) tt. ₰. perpetui census in Praittenlee. Ob. autem ipse Hermannus IX. kal. Octobris, cuius anniv. ipsa die peragitur cantando, et ipsa ux. particeps est omnium oracionum a nobis fiendarum.

Item quidam l. nomine Conradus Schmid de Pregancia cum sua coniuge Dorothea, qui in n^{o} conventu habuerunt quendam filium nomine Melchior, contulerunt nobis 100 florenos Renenses et sunt libro mortuorum inscripti XIII. kal. Novembris.

Item quidam civ. Wienn. nomine Petrus Sturm[2]), cfr. n., construxit secundam testudinem in ambitu circa portam versus curiam n^{am}. Idem contulit nobis 32 tt. ₰.; item fecit fieri ymaginem s^{i} Nicolai in eius capella super altari, quam ipse suis in expensis fecit depingi, ubi iacet sepultus. Ob. autem kalendis Aprilis.

Item quidam aurifaber nomine Petrus de Auln contulit nobis pro remedio anime sue calicem, quo cottidie utimur in summo altari. Idem contulit in prompta pecunia 20 florenos, qui per abb^{em} Nicolaum in necessitate expositi sunt pro communi bono patrie contra Hussitas patriam molestantes.

Item quidam civ. Wienn. Iohannes Mosprunner[3]) contulit pro suo anniv^{io} 20 tt. prompte pecunie, quod peragitur II. yd. Octobris.

Item quidam doctor in iure dictus Iodocus Gossolt officialis in Salczburg contulit nobis duas summas s^{i} Thome videlicet primam et secundam secunde. Ob. autem VI. kal. Octobris.

Item quidam mag. arcium Nicolaus de Lauczg contulit nobis questiones communes super secundo sentenciarum.[4]) Ob. autem VII. kal. Octobris.

[a]) *Loco numeri spatium vacuum praecedit.*

[1]) *Sc. Vincentii Bellovacensis.* [2]) *In libro diplomatum a. 1455 nominatur.* [3]) *Eiusdem in diplomatibus annis 1385—1411 saepius mentio fit.* [4]) *Fort. questiones quas Nic. Eymericus scripsit de XXII articulis, 'in quibus magister (Petrus Lombardus) communiter non sustinetur, immo communis opinio tenet contrarium', cf. Wetzer-Welte IX 1920 sq.*

Item quedam sor. n^{a} dicta Margaretha Knechtlin de Neuburga Claustrali contulit in parata pecunia 12 florenos. Ob. autem VIII. kal. Augusti.

Item quidam civ. Wienn. nomine Dietricus Hessz[1]) contulit quosdam libellos diversarum facultatum fortassis in valore trium florenorum. Ob. autem VIII. kal. Septembris.

Item quidam sac. contulit nobis summam Pysani[2]) rubeam. Ob. autem III. kal. Decembris.

Item quedam d^{a} dicta Elysabeth relicta Oswald Bauch, sor. n., testata est nobis domum auff der Renngassen, que solvit annuatim 10 tt. ₰., verum quod ab antiquo fuit fundi censualis solvens 12 β. ₰. Ob. autem pridie kal. Decembris.

Item quondam egregius vir, mag. Nicolaus de Dinkelspuehel, doctor sacre theologie, magnus cooperator fuit reformacionis mon^{iorum} in Austria, n. autem amicus singularis et ideo in extremis pro suo memoriali testatus est nobis quaestiones communes sentenciarum[3]) propria manu scriptas. Ob. autem ydibus Februarii (a. 1433).

Item Georius dictus Melkamer[4]) licet eum et pro suis beneficiis anniv. instituerit, tamen quia multum supererogasse videtur, ideo placuit ad eius specialem commendacionem suas donaciones hic inserere. Isdem namque Georius contulit nobis septem vineas et duas d. in Perchtoltsdorff, item quatuor vineas ad Sanctum Vitum, item duas vineas, unam in monte Hohenbar, alteram in Alsekk cum vasis et vino unius anni; item cyphum argenteum et deauratum in valore 50 tt. (₰.).[a]) Ob. autem IV. kal. Aprilis, et eius anniv. pro pluribus semper peragitur secunda feria pasche cum vigiliis novem leccionum de sero ante vesperas cantando invitatorium cum responsoriis et „Benedictus“, cetera leguntur, et in crastino per fr^{es} canitur missa pro eisdem cum candelis maioribus et minoribus erectis tam ad vigilias quam ad missam.

Item ipsius memoria et sue ux^{is} Barbare pariter et soceri sui Friderici de Dôrffen fit in omnibus predicacionibus popularibus usque in finem seculi etc. Notandum tamen, quod quia cives in Perchtoltsdorff nolebant predictas duas domus venire in possessionem mon^{ii}, quin ymmo cogebant nos ipsas domus vendere pro 126 tt. ₰., que tamen pecunia ad mon^{ii} utilitatem est sine omni ambiguitate in pensa et expensa.

Item quidam can. ecclesie Boleslaviensis nomine Mauricius de Zabiechlicz testatus est nobis breviarium valde bonum secundum rubricam[c]) secularium sac^{um} predicte ecclesie. Ob. autem III. kal. Aprilis.

Item quidam mil. Iacobus de Chrudt vulgariter dictus hic fundavit[5]) capellam in carnario et dotavit eam et pro suo anniv^{io} ac lumine in eadem capella contulit pro omnibus annui census 10 tt., de quibus in instrumento plenius patet atque litteris. Sed quia de bona voluntate alias possessiones nobis donavit gratis omnino videlicet annui census 3 tt. 3 β. 7 ₰., que habentur de certis fundis ante mon. Scotorum, prout hoc clare invenitur in quodam libro antiquo fundi, qui incipit ab a^{o} d^{i} 1334 vel citra. Ideo dignum est, ut deum pro eo studiosius exoremus. Ob. autem VII. kal. Decembris.

Item quidam l. Otto Weiss[b])[6]) nomine, civ. quondam Wienn., ob specialem ad n^{am} ecclesiam devocionem contulit nobis vineas, quas habemus in Muro unacum vasis et vino unius anni pro perpetuo anniv^{io}, quod peragitur ab octonariis s^{i} Stephani in ecclesia eadem, propter quod de eisdem vineis annuatim solvimus eis 2½ tt. ₰. Ob. autem pridie yd. Augusti.

---

a) ₰. *supplevi.* b) Weisss *cod.* c) *Sic cod.*

1) *In diplomatibus annis 1440 et 1443 nominatur.* 2) *Bartholomaei de S. Concordio.* 3) *Cf. p. 313 n. 4.* 4) *Diploma de hac fundatione Leonardus prior Mauerbacensis vice Iohannis Scotorum abbatis, qui tunc apud concilium Basileense moratus est, a. 1434 confecit et sigillavit.* 5) *Fundatio a. 1322 facta est.* 6) *Idem diplomata a. 1407—1411 saepius sigillavit.*

Item quidam sac. Stephanus de Casschovia contulit ad infirmitorium unum lectum de plumis. Ob. autem III. non. Septembris.

Item quidam l. nomine Iohannes Maroch edificavit altare, quod est in honore s^{i} Alexii consecratum in dextra abside chori. Ob. autem VI. kal. Marcii.

Item quidam doctor iuris canonici Hainricus Fleckil nomine, officialis ecclesie Salczburgensis, testatus est nobis 20 florenos in auro. Ob. autem III. yd. Octobris.

Item quidem ven^{lis} d. nomine N. Studhaymer, can. Frisingensis et pleb. in Hainburga, contulit 20 ℔ ₰. Ob. autem IX. kal. Ianuarii.

Item quidam cfr. n. dictus N. Kummerbekk, dum viveret, solebat in maioribus sollempnitatibus anni scilicet pasce, penthecostes, nativitatis et assumpcionis b. virginis Marie ad refeccionem[a]) fr^{um} offerre panes semellinos magne quantitatis. Ob. autem.[b])

[Item[c]) d^{a} N. Poetlin dedit speciales scilicet zinciber[d]) etc. in valore 2 ℔ ₰. et ultra attinentia praecedentibus annis consimilia fecit.

Item d. Thomas de Weitra dedit mon^{io} septem libros.

Item Conradus Mutenhauser dedit tres scatulas confecti.

Item Gebing et ux. eius Schellm dedit unum ortum et duo vexilla et ymagines trium regum in alabastro.

Item Erasmus Kemseer unum ferculum de piscibus in valore 3 β. (₰.).[e])

Item Fridericus Althaimer[1]) medicus contulit nobis calicem, libros scilicet: Bartholomeum de naturis rerum[2]), librum ewangeliorum et epistolarum.

Item mag. Rudolfus de Heringin contulit bibliam in pergameno.

Item Martinus de Croacia testatus est equum satis bonum.

Item mag. Iohannes Polczmacher ordinarius circa eleccionem d^{i} Martini abbatis gratis nobis astitit et director fuit, quod alius iurista vix pro 10 florenis fecisset.

Item Urbanus Pulner cfr. contulit nobis butirum et caseos in valore 2 ℔.

Item Barbara sor. n., ux. Caspar Scharff, dedit nobis unam mensam valde bonam, item octo coclearia cum caudis deargentatis et unum manutergium. Omnia taxantur penes 5 florenos. Item unam crucem argenteam.

Item Barbara Ieckelin sor. dedit 1 ℔ ₰.

Item Conradus Muttenhauser cum fr^{e} dedit pisces ad tria prandia et coclear argenteum et aliquid misit reformari in thuribulo argenteo.

Item Stephanus Lang de Brunna cum amicis dedit per plures annos multos pannos pro tunicis.

Item Elizabet Winerin ux. Iohannis famuli cellerarii propinavit pisces in valore quasi 3 β.

Item Erasmus Hartkircher dedit nobis unum banckale longum et bonum et tapetum ante altare maius.

Item Anna Hoffkircherin dedit 48 ℔ ₰. absque quattuor[f]), sed ut pro ea, viro eius necnon pro omnibus, de quibus illa pecunia venit, oremus, hoc tamen adiecto, quod si contigeret eam venire ad talem paupertatem, quod aliquid de predicta pecunia a nobis desideraret, quod ei libere et sine contradictione velimus de predicta pecunia subvenire.

Item Anna Puesmerin dedit mon^{io} 7 ℔ ₰.

Item Nicolaus Purger[3]) edificavit scolaribus locum cantandi.

---

[a]) *Iteratur:* ad refeccionem. [b]) *Dies ob. desideratur.* [c]) *Hic Martinus abb. Scotorum ipsemet scribere coepit.* [d]) *Cod.* [e]) *₰. supplevi.* [f]) *Suppl.:* denariis.

[1]) *Mag. Fridericus Althaimer iam ante a. 1444 defunctus est, nam eo anno Iohannes abb. Scotorum eius decessum ac anniv^{ii} fundationem testatus est.* [2]) *Bartholomaeus Anglicus.* [3]) *Civ. Wienn. annis 1428—1457 diplomata saepius sigillavit.*

Item quedam persona, que noluit nominari, testata est mon^{io} 6 florenos Ungaricales et 2 Renenses.

Sciendum, quod Erasmus Hacker cfr. n., civ. Wienn., testatus est nobis quandam vineam prope Ueteldorff sitam ita, quod nos Martinus abb.[1]) et conventus mon^{ii} Scothorum Wienne attendentes prefati viri bonam voluntatem erga nos et[a]) n^{um} mon. pari consilio deliberavimus eidem vices in spiritualibus rependere et, prout desideravit, annuatim perpetuis temporibus pro eo et suis quatuor Requiem circa angarias per nos vel scolares n^{os} cantare et semper ipsa die, qua unumquodque Requiem canitur, si saltem comode poterimus, alias quatuor missas pro eo et pro illis, pro quibus affectavit, legere, sin autem precedente vel sequente die. Et quia de premissis nulla littera confecta fuit, quia prenominatus Erasmus et eciam sui nobis simpliciter sunt confisi, ideoque propter successores n^{os} hoc memoriale conscripsimus a. d. 1449 in vigilia epiphanie (Ian. 5). Ob. autem supradictus cfr. n. anno precedenti tempore autumpnali, cuius anima requiescat in pace; amen.[b])

Item testamentarius Iohannis Ernst scilicet Io(hannes) Meyers interpretatus est nobis illa per universalia, und suellen mes sprechen nach ir gewissen et duas missas, et fit anniv. in octava s^{t} Martini (Nov. 18).

Item Stephanus pictor dedit unam crucem cum ovo strucionis.

Item Margareta Kastnerin de Kremz dedit unam argenteam crucem in valore septem florenorum.

Item Dorothea Puschingerin testata est mon^{io} 200 tt. ₰. nullam obligacionem specialem mon^{io} imponens, sperans suffragium sibi impendi oracionibus fr^{um}, cuius anima requiescat in pace. Quas 200 tt. debet exolvere Sigismundus Friczenstorffer in spatio 20 annorum singulis annis 10 tt. (₰.)[c]) circa festum Michaelis (Sept. 29) incipiendo a. d. 1450.

Item Niclas Cramhofer dedit unum ciphum argento circumdatum.

Item Hainricus Hayden[2]) cum ux^{e} sua dederunt primam partem biblie magne et unum missale secundum rubricam n^{am}.

Item p. fr^{is} Ieronymi dedit 10 florenos Renenses pro integro panno Spirensi.

Item testamentarii p^{is} fr^{is} Stephani dedit[d]) 5 tt. ad structuram.

Item d. Conradus de Crey[3]), mag. curie ser^{mi} principis, ducis Austrie ac regis Romanorum, testatus est mon^{io} 18 florenos in auro, cuius anima requiescat in pace.

Item duo mag^{i} de Pruna dederunt mon^{io} quinquaginta florenos et pecierunt, quod anniv. p^{is} eorum et suorum progenitorum peragatur, quamdiu nobis placuerit circa festum Udalrici ep^{i} (Iuli 4), quae peticio est facta a. d. etc. 1454.

Item d. Cristannus de Thehenstain dedit 100 tt. ₰. et picarium argenteum et unum nigrum ornatum damascenum et duas dalmaticas de sameto nigras et dedit ornatum rubrum sametum.

Item quedam d^{a} dicti Steyregerin dedit annulum 6 florenorum, ut post obitum peragantur et vigilie mortuorum et officium mortuorum videlicet „Requiem“.

Item quedam d^{a} dicta Polhaymerin dedit mon^{io} 20 tt. ₰.

Item quidam sac. d. Iohannes, predicator in Buda, dedit mon^{io} 50 florenos, sepultus in abside apostolorum.

Item mag. Io(hannes) Reichwein dedit nobis 10 tal. ₰. ad structuram.

Item quedam virgo Anna de Olmuncz dedit 7 florenos nobis pro remedio anime sue.

Item quidam Cristoff Thieler dedit nobis 10 florenos ad deaurandum ovum strucionis.

---

[a]) *Sequitur deletum:* n^{i} mon^{ii}. [b]) *Hucusque Martinus abb. Scotorum scripsit.* [c]) ₰. *supplevi.* [d]) *Sic liber.*

[1]) *1446–1461.* [2]) *Cir. Vindobonensis annis 1436–1450 diplomata saepius sigillavit.* [3]) *Summus camerarius et capitaneus Carinthiae annis 1440–1446 diplomata saepius sigillavit.*

Item quidam civ. nomine Steffan Glaser dedit ovum strucionis et idem unacum Niclas Purger fecerunt vitrum in choro, ubi idem cum coniuge depictus et descriptus est.

Item vitrum[a]) versus Pischendorffer solverunt Niclas Purger[1]), d. Iohannes Oppenbeyler et mag. Caspar pictor, quorum quilibet habet suum signetum ibidem.

Item Conrad Mottenhawser misit[b]) fieri vitrum versus refectorium in ambitu cum suo signo et nomine scripto.

Item quidam pileator nomine Steffan Sorgenfrey misit fieri vitrum in ambitu cum angelica salutacione et signo suo.

Item quidam civ. nomine Veytt Hinperger[2]) misit vitrum fieri cum ymaginibus trium regum ibidem et cum signeto suo, sed mon. solvit mediam partem.

Item Hanns Scharffenberger[3]), civ. Wienn., dealbavit chorum apostolorum et misit fieri vitrum ibidem cum clipeo suo et dealbavit capellam s^{i} Ieorgii, ubi sepultus est, et dedit tres ymagines videlicet b. Virginis, ymaginem s^{i} Ieorgii et s^{i} Karoli et domum in curia n^{a} reformavit et fodit fontem in curia n^{a} ante domum et fecit vitrum ad S^{um} Ieorgium.

Item quidam civ. nomine Albertus Hofkircher dedit zwen seyden poelster.

Item Barbara Zingin dedit duas cappas pro corporalibus in valore 2 florenorum.

Item schuesterknecht dederunt 15 tt. ₰. ad tabulam summi altaris.

Item Erhart Pischendarffer misit fieri vitrum sine ymaginibus ad S^{um} Ieorgium.

Item mag. Petrus Bachmuelner[4]) dedit decretum pro remedio anime sue.

Item mag. Nicolaus de Aulen dedit 5 florenos ex testamento unius alterius personae ad structuram.

Item quedam d^{a} nomine Anna sor. illius Griesserin dedit nobis 5 tt. ₰.

Item quidam sac. d. Nicolaus Noesner[5]), olim pleb. in Hospitali, dedit 5 florenos in auro.

Item quedam honesta d^{a} nomine Barbara Ienckerin dedit mon^{io} 42 tt. ₰. et 6 florenos.

Item vitrum ad apostolos cum angelica salutacione misit fieri quidam civ. nomine Michael Manestorffer.

Item quedam honesta d^{a} nomine Barbara Iencklerin dedit 10 florenos ad tabulam summi altaris.

Item quidam sac. dedit mon^{io} 10 tt. ₰., quas presentavit d. Michael Harrazer, cap. in cripta b. Stephani.

Item quidam civ. nomine Iacob Cingisser testatus est mon^{io} 14 tt. ₰.

Item quedam honesta d^{a} nomine Barbara Wirsingin testata est mon^{io} 50 tt. ₰.

Item sororius fr^{is} Friderici dedit nobis bovem.

Item Veyt Hindperger fecit vitrum in abside apostolorum cum suo clypeo.

Item Niclas Purger misit fieri vitrum, ubi scolares canunt, cum ymaginibus Gregorio[c]) et Benedicto[d]) et solvit capitale s^{i} Gregorii in inferiori choro.

Item misit erigere vel construere altare s^{i} Gregorii et decorare.

Item quidam civ. nomine Wisint solvit capitale cum cruce in choro inferiori.

Item Conrat Regespurger dedit 1 tt. ₰ ad supplendum in abside apostolorum.

Item quidam nomine Rieder dedit pannum preciosum subtus corporale, et tunc custos ad S^{um} Stephanum.

Item vitrum in basilica solverunt Conrat Mottenhawser et Petrus Hentaler.

Item Agnes Sturmyn testata est nobis 6 tt. ₰., ut oremus pro ea.

---

a) *Sequitur deletum* ad. b) *Sic codex hic et ulterius.* c) *Corr.:* Gregorii. d) *Corr.:* Benedicti.

1) *Civ. Vindobonensis, cuius in diplomatibus annis 1428—1457 saepius mentio fit.* 2) *Veit Hintperger a. 1449 diploma sigillavit.* 3) *Etiam mag. civium, annis 1421—1455 diplomata saepius sigillavit.* 4) *Mag. iuris can^{i}, annis 1437—1448 saepius diplomata sigillavit.* 5) *Cap. altaris s. Annae ad S. Stephanum Vindobonae, cuius a. 1436 mentio fit.*

Subscripti d^{i} decoraverunt altaria subscripta:

Item altare textorum (dedit) cecha textorum.

Item altare s^{e} Crucis Linhart Suees[1]) et dedit tres ornatus satis bonos[a]) et duas pallas et duo stagnea candelabra.

Item d. Iohannes dictus Gerst[2]) altare Omnium Sanctorum et dedit unam pallam illuc.

Item Missendarffer altare s^{e} Anne et dedit 1 ornatum nigrum sameth.

Item Motenhawser altare s^{i} Bartholomei apostoli et dedit duos ornatus cum clippeis suis et unam palam.

Item Erhart Sipeck[3]) altare s^{i} Benedicti et dedit preciosam pallam illuc.

Item Rauster altare apostolorum Petri et P(auli) et dedit 2 preciosas pallas. Item idem misit[b]) fieri fenestram cum vitro ad S^{um} Petrum et Paulum et stalla ibidem.

Item quidam honestus civ. nomine Conrad Regenspurger decoravit altare s^{i} Iohannis in apside apostolorum et dedit pallam satis bonam, sed omnino vult, quod sit occultum usque post mortem suam.

Item quidam honestus civ. nomine Iorig Coler decoravit altare s^{e} Katherine.

Item quidam honestus nomine Hanns Stumphf dedit pallam satis bonam.

Item altare s^{i} Martini decoraverunt Leonprost.

Item honesta quedam d^{a} nomine Ebnerin dedit mon^{io} 6 florenos pro remedio anime sue.

Item der edel herr Wolfgang Missendorffer[4]) solvit stalla in abside s^{i} Andree.

Item stalla in capella s^{i} Nicolai solvit cecha b. virginis Marie.

Item quedam nobilis d^{a} nomine[c]) . . . . dedit ain roten tebich pro summo altari in valore 4 florenorum.

Item quedam d^{a} dicta Schoelin dedit angelicam salutacionem et alabastrum pro summo altari.

Item Balthasar p. n. dedit[d]) ymagines trium alabastrum pro summo altari.

Item quidam civ. Wienn. nomine Niclas Kraumhofer[5]) dedit nobis ciphum cum argento decoratum, pro cuius ux^{e} sunt lecte 200 misse.

Item quedam honesta mulier[e]) dedit eyn grueen ornat von sameth cum uno calice a. d. 1481.

Item quedam d^{a} dicta Pernnauerin dedit mon^{io} unum pacharium in valore 20 ℔ ₰, item 10 florenos Ungaricales.

Item alia quedam dicta Andre Oelerin dedit unum calicem adhuc vivens; item testata est nobis unum pacharium; item post mortem ipsius testamentarii eius[f]) emerunt unam parvam campanam, item unam monstranciam argenteam de bonis ipsius. Oremus pro ea.

Item Sigismundus Walczhofer testatus est nobis 100 florenos Ungaricales. Ob. feria 3. pasce. Requiescat in pace. Item 32 florenos Ung(aricales).

---

[a]) *Sequitur deletum:* cum clippe. [b]) *Sic cod.* [c]) *Sequitur spatium vacuum loco nominis desiderati.* [d]) *Sequitur deletum:* dedit. [e]) *In margine notatum:* Iorig Sulczerin. [f]) eus *cod.*

[1]) *Huius a. 1453 in diplomate mentio fit.* [2]) *Eum iam pridie kal. Octobris a. 1457 obiisse Ladislaus rex in diplomate testatus est.* [3]) *Nobilis, qui a. 1442 et 1448 diplomata sigillavit.* [4]) *Idem a. 1445 diploma sigillavit.* [5]) *Eiusdem a. 1453 in diplomate mentio fit.*

LIBER OBLATIONUM ET ANNIVERSARIORUM ECCLESIAE S. STEPHANI VINDOBONENSIS.

Ecclesia s. Stephani Vindobonensis etsi una ex antiquissimis Austriae ecclesiis demum a. 1365 capitulo collegiato celeberrimo apud ecclesiam „Omnium Sanctorum" in arce, quod a Rudolfo IV. duce Austriae a. 1359 fundatum ac dotatum erat, huc translato ad ecclesiae collegiatae dignitatem producta est. Capitulo fundato simul necrologium in calendario coaevo duabus dispositum columnis scribi coepit, quod nunc in codice formae maximae membranaceo tabularii capituli metropolitani Vindobonensis non signato folia 1—6 complet, in quo praeterea notae de capituli censibus ac reditibus percipiendis, series canonicorum installatorum, capituli statuta atque privilegia continentur. Quia autem in necrologio plerumque notae de anniversariis fundatis atque oblationibus occurrunt, dubitari nequit, quin potius liber oblationum et anniversariorum quam necrologium capituli habendus sit. De quo latius exposui Neues Archiv XXXV, 736 sqq. Qui liber hic primum in lucem editur.

Codex ipse, qui a variis librariorum manibus usque ad saeculi 16. exitum continuatus est, a fundatore ipso iuxta capituli traditionem huic in ipsius primordiis donatus esse fertur.

Manum auctoris saec. 14. primam litteris maioribus latius dispositis, continuationes saec. 14. litteris maioribus latius dispositis uncis inclusis, continuationes saec. 15. litteris maioribus, continuationes saec. 16. ineuntis, ex quibus ea tantum, quae magni momenti esse videntur, selegi, litteris minutis distinguendas curavi.

Ius fasque est, ut capitulo metropolitano Vindobonensi venerabili praecipueque praelato clarissimo, doctori Ferdinando Wimmer, tabularii capituli custodi optimo, qui codice Vindobonae utendi libenter licentiam mihi permiserunt, hoc quoque loco gratias agam debitas.

Hic incipit tabula mortuorum, pro quorum salute nobis eternaliter est orandum et primo pro n° d° principe, d° duce Alberto[1]), p^e^ n^i^ fundatoris, qui a. d. 1358, XIII. kal. Augusti ob., r.[a]) [Item prefatus n. fundator, dux Rudolfus[2]) ob. a. d. 1365 die 27. mensis Iulii. Item dux Leupoldus[3]) occisus est a Swecensibus a. 1386 circa festum Margarete[b]). Item dux Albertus[4]), et fr. fundatoris, ob. a. d. 1395 die 29. mensis Augusti.

---

a) *Praecedens titulus colore rubro in folio priori codicis tegumento agglutinato descriptus est.* b) *Subsequentis temporis manus annotat:* videlicet 7. *(potius 9)* die mensis Iulii prope Sempach et in Chunigsfeld sepultus. Item dux Albertus, fil. *(potius* nepos*)* eiusdem Alberti, ortus 1377 vigilia Mathei evangeliste ob. 27. mensis Octobris a. d. 1439. Hic fuit non solum maximus fautor, sed etiam amicissimus ac fidelissimus tocius cleri. D^a^ Beatrix m^r^ eius ob. 10. die Iunii 1414.

1) *Albertus II., Claudus cognominatus.* 2) *Rudolfus IV. dux Austriae.* 3) *Leopoldus III.* 4) *Albertus III.*

Nota, quod d. Iohannes dictus de Praga, can. h. e., mortuus fuit sine testamento, nisi quod ante duos annos mortis sue fecit hanc ordinacionem, adduxit d^{um} Iohannem cap^{um} capelle dicte[a]) . . . . . capellam site ad s^{um} Michahelem ad mag^{um} Gerhardum et tunc can^{um} h. e. et coram eodem dixit: ecce ad omnia bona mea ego instituo d^{um} Iohannem meum verum et legitimum successorem, et hoc fatebatur mag. Gerhardus se sic habere. Idem vero d. Iohannes sic institutus pro maiore credulitate facti in presentia capituli produxit duos pbr^{os} videlicet dictum Albertum pleb^{um} ad s^{um} Nicolaum apud Portam Stubarum et d^{um} Iohannem cap^{um} ad s^{am} Trinitatem, qui predictam ordinacionem a d^{o} Iohanne dicto de Praga sic factam, se personaliter interfuisse et ab ore eiusdem premissa verba huiusmodi ordinacionis audivisse[b]); hanc ordinacionem d. Antonius tunc ppos. et capitulum unanimiter tamquam testamentum legitimum approbaverunt. Acta sunt hec a. d. 1396 in sabato ante septuagesimam (Ian. 29) hora vesperorum in sacristia prope altare s^{i} Stephani ibidem capitulo congregato presente d^{o} Iohanne instituto et duobus pbr^{is} predictis.]

Item d. Petrus de Muro, can. et cantor, qui ob. 1435, 13. die Marcii preter ea, que ibidem signata sunt, specialiter testatus est unam vineam Rivoli sitam circa Maeurling cuidam puero nomine Chunrado.[c])

IANUARIUS.

2. IV. non. [Anniv. relicte Chunradi in dem Rotgesslein circa festum circumcisionis (Ian. 1) cum 1 tal. ₰][d])

3. III. non. Officium s^{e} Genoveve cum organis et min^{ris} d^{i} Erhardi Schirl.[e]) Item anniv. d^{i} Erhardi Schirl hic peragitur [1]) cum pulsu minori, ob. 1419 feria 2. post nativitatem b. Virginis (Sept. 9).

5. non. Item Ioannes Chramer am Steg habet ibi fraternitatem.[f])

8. VI. id. Stranginn testata est capitulo 32 ℔ ₰. Anniv. d^{i} Dyterici pbr^{i} debet peragi infra octavas epyphanie (Ian. 7—13) cum 10 β.[f]) [2])

10. IV. id. A. d. etc. (14)99 ob. mag. Georius can., qui testatus est capitulo suam pr^{am} videlicet 43 ℔ et 80 ₰, et debet peragi anniv. ipsi cum 2½ ℔ ₰ Wienn.

13. id. [D. Chunradus de Steutz can. pr^{am}.]

14. XIX. kal. Item Iacob von Sand Pernhart am Graben ein jartag mit 12 β. cum pena, et habent litteram capituli.

16. XVII. kal. Item Symon de Gars Parchanter[f]) testatus est capitulo 2 ℔ ₰ reddituum super domo sua sita[g]); sua relicta adhuc peragit.[3])

19. XIV. kal. Hic moriebatur d. Ulricus Mustrer cantor a. 1426, testatus est pro anniv^{io} perpetuo suam pr^{am} canonicalem cum parte deservita. A. d. 1514 ob. illo die ven^{lis} vir, d. Georgius Hager can.

24. IX. kal. Hic agitur anniv. Kunigundis[h]) Ianynn, unde capitulum habuit 65 ℔, ob. quasi 1412, per mag^{um} N. de Dinckelspuechel ad 3 ℔.

25. VIII. kal. Item anniv. Cristanni Kandler civ. peragitur ibi cum pena, ut littera.

28. V. kal. Anniv. Seldynn, que dedit capitulo 40 ℔ ₰ 1414, et habet litteram.

---

a) *Sequuntur duae voces, quae certe legi nequeunt.* b) *Supplendum videtur:* Testati sunt. c) *Reliqua huius notae pars conditiones hereditarias continet.* d) *In margine posterioris temporis manus notat:* Wirsing Ulricus porrigit. e) *In margine temporis subsequentis manus notat:* Schirl. f) *Annotatur:* vacat. g) *Sic cod.* h) *Nomen super linea suppletum.*

1) Pr. fuit 64 ℔ ₰. 2) Testatus est capitulo 10 ℔ ₰. 3) Eadem relicta redemit cum 32 ℔, quas recepit capitulum ad usus suos a. etc. (14)25 die Alexii confessoris (Iuli 17).

29. IV. kal. Anniv. Georii Newer, civ. Wynn., testatus est capitulo 40 ℔, prout in littera penali.

30. III. kal. A. d. 1402 ob. d. Iohannes dictus Mayrhofer, primus[a]) ..... ecclesie n^{e} ppos., demum factus eps. Gwercensis[1]) (13)76.

FEBRUARIUS.

1. kal. Hic ob. d. Erhardus Stradmer Stiriensis, can. h. e., a. etc. (14)28, testatus est capitulo pr^{am} unacum deservito pro anniv^{io} perpetuo etc.

4. II. non. 1411 ob. d. Petrus antiquus et fuit unus de primis can^{is}, qui testatus est capitulo pro perpetuo anniv^{io} pr^{am} cum parte deservita et 10 ℔ ₰ de propriis, et quia vixit ultra omnes primo institutos can^{os}, dicitur antiquus et habuit in canonicatu 46 annos minus 40 diebus.

10. IV. id. [Hic agitur anniv. mag^{i} Heinrici de Hassia sub pena, et ob. a. d. 1397 et peragitur de vinea Reinhartinn, quod capitulum pro ipsius et mag^{i} Heinr(ici) de Oyta pecuniis comparavit videlicet pro 65 ℔ ₰.] Item mag. Iohannes Gallici testatus est capitulo 10 ℔ pro iuvamine unius anniv^{ii}.

13. id. A. d. 1424 ob. mag. Iacobus Berwardi, intestatus cedit pro anniv^{io} suo corpus pr^{e} cum parte deservita.

23. VII. kal. Hic ob. mag. Iohannes de Gmunden can. a. etc. 1442, habet pr^{am} pro anniv^{io}.

24. VI. kal. Hic mag. Bernnhardinus Widmayr de Gunderstorff, can. et custos, moritur 1522.

25. V. kal. [Anniv. Oertolfi Petzcichen, Diemuedis ux^{is} eius de 8 tal. paratorum,] sed nunc habet redditus, sed adhuc semper peragitur cum alio.[b])

MARTIUS.

6. II. non. Anniv. d^{i} Iohannis, pleb^{i} in Naperstorff, peragitur ibi cum 2 tal.

7. non. Hic mortuus est d. Stephanus Roessler a. etc. (14)27. Testatus est pr^{am} cum deservito pro perpetuo anniv^{io}.

8. VIII. id. Nota anniv. der Hermaninn Sneiderinn, ob. ibi, et peragitur cum pena 32 ℔ ₰ ad S^{um} Ieronimum, ut littera.

11. V. id. Item[c]) d. Stephanus octonarius ob. in die s^{i} Gregorii (Mart. 12) et testatus est capitulo 36 ℔ pro anniv^{io}, ut ex tenore littere clarius constat, a. d. 1404.[2])

13. III. id. Hic ob. d. Petrus de Muro, can. et cantor, et testatus est capitulo suam pr^{am} et 20 ℔ ₰ et 1 quartale vinee circa Praitensee post mortem sororis sue pro anniv^{io} perpetuo, item magnum diurnale ad chorum pro can^{is}, item ornatum de samedo viridis coloris, missale speciale et calicem ad altare s^{e} crucis in choro pro can^{is} et eorum cap^{is} ibidem celebrantibus, item rationale ad librariam capituli, item aliud missale pro ecclesia.

16. XVII. kal. Hic erecta est ecclesia parrochialis in collegiatam in honore Omnium Sanctorum et instituti sunt primi can^{i} a. d. 1365, et cantabatur tunc dominica Oculi eodem die.

17. XVI. kal. Hic ob. ven^{lis} vir, mag. Nicolaus de Dingkelspuechel, sacre theologie doctor et can. h. e., a. etc. 1433 et habet pr^{am} unius can^{i} pro anniv^{io} perpetuo.

---

[a]) *Sequitur pars notae, quae certe legi nequit.* [b]) *Nota in margine inferiore saec. 14. apposita radendo paene deleta est.* [c]) *Praecedit locus rasus maior.*

[1]) *Iohannes Mayrhofer, eps. Gurcensis 1376—1402.* [2]) Testamentarii habent litteram cum pena. (Nota codicis hic et ulterius.)

Mag. Thomas de Haselpach iunxit se vivens, dedit 23 fl(orenos) una cum pr. et deservito pro futuro cum consensu capituli.

24. IX. kal. [Anniv. mag[i] Alberti[a]) dicti Steke, pleb[i] de Gors, phisici circa festum annunciacionis Marie de colonis in Asparn de iure.]

26. VII. kal. D. Ruegerus can. k(apituli) h(uius). A. d. 1424 dominica Oculi ob. mag. Michahel Suchenschacz, sacre theologie professor, testatus est pro anniv[io] perpetuo corpus pr[e] unius anni cum parte deservita. Hic simul peragitur anniv. d[i] Thome Hadmar, dec[i] olim.

31. II. kal. Item Iohannes Chettner ob. feria quinta post Iudica 1402 et testatus est capitulo ortum prope S[um] Nycolaum pro anniv[io] perpetuo.[1])

APRILIS.

1. kal. Nota: die echter sullen hern Lienharten dem Schaur welenten official seligen begen ainen jartag umb die czeit, und wenn sie des nicht tun, so sind si dem capitel vervallen 12 β. ₰. pro pena.

5. non. Hic mortuus est mag. Primus Pernnecker can., et 84 annorum erat, 1522.

11. III. id. Anniv. d[i] Iohannis Rewter. Hic simul peragitur anniv. d[i] Ioh(annis) Strenberger, olim can[i]. Hic mortuus est mag. Thomas Wienner, olim can. et cantor capituli, 1514.

16. XVI. kal. Hic ob. mag. Rupertus de Pruck, artium et sacre theo(logi)e doctor et can. etc., 1485.[b])

17. XV. kal. Loefflerinn ob., testata est 32 tt. capitulo. Anniv. eius 8 dies ante Georii vel 8 dies post (April 17—Mai 1).[2])

21. XI. kal. Hic ob. d. Georgius Hueber can. 1521, in cuius canonicatu successit mag. Thomas Vogl.

23. IX. kal. Hic ob. d. Michel de Poelan, quondam can. h. e., a. d. etc. (14)49.

24. VIII. kal. Hic peragitur anniv. Dorothee Schernhaimerin, que testata est capitulo 80 tal., et peragendus, prout littera sonat.

26. VI. kal. [Anniv. ducisse[3]) relicte d[i] ducis Ruedolfi n[i] fundatoris debet semper peragi per ebdomadarios officiantes feria secunda post dominicam Misericordia d[i], et sequenti feria tercia ob. Georius de Nycolspwrch, qui testatus est capitulo 32 tt. ₰. pro anniv[io] ibidem peragendo.[b]) Hic nichil datur d[o] ppos[o] nec cap[lo].] Rev[mus] presul d. Georgius de Sklavonia eps. Vienn. et administrator Petinensis ecclesie.[4])

28. IV. kal. Item anniv. Barbare des Weizpacher tochter debet peragi[c]) post Quasi modo geniti ante Misericordia d[i], sicut littera sonat.

MAIUS.

1. kal. Iohannes Arnstorffer ob., testatus est 40 tt. pro anniv[io] per capitulum peragendo cum pena. Pariter curati debent peragere anniv. cum pena capitulo danda, sed minime peragunt ideoque condigna officia et pena.

3. V. non. Ob. mag. Heinricus de Oyta a. d. (13)97. Anniv. peragitur de vinea Reinhartinn dicta secundum tenorem littere.

---

a) *Subsequentia:* dicti Steke, pleb[i] de Gors, *super linea alia manu suppleta sunt.* b) *Sequitur locus rasus.* c) *Sequentia usque ad* Misericordia d[i] *super loco raso scripta sunt.*

1) Sicut littera sonat, et hoc semper peragitur, cuius anima r. i. p. Testamentarii habent litteram.
2) Sicut littera sonat, pena 2 tt. 3) *Katharinae, Karoli IV. imperatoris filiae, quae ob. a: 1395.*
4) *1513—1522.*

5. IV. non. Item d. Stephanus Leittner ob. in die s^{i} Floriani (Mai. 4) et testatus est capitulo duos anniv^{ios} a. d. 1404.[1] Nota: die echter sullen auch einen iartag begen zu dem tag, wenn si des nicht tuen, so sind sew jerleich dem capitel vervallen 2 ℔ ₰., sicut littera sonat. Item si sullen auch des Leittner kapplan jêrleich geben 8 ₰., das er der Leittner frewnten und geschêfftherren zu dem oppher sag, ut littera ipsorum.

10. VI. id. [Fridericus Kchraft ob. a. d. 1400 et testatus est capitulo n° 40 ℔ Wienn. pro perpetuo anniv^{io} sibi circa nos peragendo.[a]]

11. V. id. Hic ob. d. Iohannes Velli, can. h. e., a. etc. (14)31 et testatus est pro anniv^{io} pr^{am} cum deservito necnon 20 florenos etc.

13. III. id. Item[b] anniv. Uolrici Werder peragitur ibi. Hic ob. mag. Udalricus de Patavia, can. h. e., a. etc. (14)30, habet pr^{am} unacum deservito pro anniv^{io} perpetuo.

20. XIII. kal. Nota: anniv. mag^{i} Berchtoldi Stark, phisici ill^{mi} principis, ducis Alberti[2], ducis Austrie etc. peragitur omni anno sexta feria post (festum) ascensionis d^{i} vel 8 dies ante vel post cum pena 2 ℔ ₰ ad S^{am} Dorotheam, sicut littera sonat. Actum in die s^{i} Iohannis (Mai. 6) ante Portam latinam a. etc. (13)60.

22. XI. kal. Item anniv. mag^{i} Bernhardi[c] peragitur ibi 1457.

26. VII. kal. Hic[b] agitur anniv. d^{i} Thome Schaffzwol, qui testatus est capitulo pr^{am} integram cum parte deservita a festo Iohannis baptiste (Iuni 24) usque ad diem s^{i} Galli confessoris (Oct. 16).[3]

IUNIUS.

1. kal. Marquardus Randekker dedit 57 flor(enos), peragitur ibi, sicut littera sonat. Dux Lewpoldus ob.[4], ibi nil peragitur.

8. VI. id. Hic mortuus est mag. Georius de Horaw, sacre pagine professor ac decanus et can. h. e., qui est testatus pro anniv^{io} etc. pr^{am} cum deservito a. d. etc. (14)27.

16. XVI. kal. Haymel Gsin[d] et ux^{is} Margarete cum m^{re} d^{i} Thome Schaffwol[e], cuius nomen proprium fuit Guetel, peragitur ibi, sicut littera sonat fo(lio) 30 in libro copiarum.

18. XIV. kal. D. Ulricus Clainer can. Ob. clarissimus vir, sacre theologię professor, d. Cristophorus Kilbar ex Graetz, cuius anniv. octava die dive Catherinę est peragendus, pro quo universitas 5 β. ₰ debet administrare, 1529.

24. VIII. kal. Item a. d. 1401 ob. d. Nicolaus Swevus can. sub primis et testatus est pr^{am} suam ad anniv.[f], que fecit 53 ℔ cum media.

25. VII. kal. Hic mortuus est mag. Sebastianus Dengkh.

26. VI. kal. Item anniv. Iohannis cantoris peragitur ibi[g], qui tantum addidit pr^{e} sue, quod totalis fecit 40 ℔ ₰.

27. V. kal. Hic mortuus est mag. Osbaldus Steltzer de Gmunden, sacre theologie licentiatus, can. Wienn., 1500.

30. II. kal. A. d. etc. (14)99 ob. d. Martinus de Mewsling et testatus est capitulo pr^{am}, que fuit 34 ℔ ₰., et 10 ℔ ₰ et dedit pro can^{is} matutinale magnum sine

---

a) *Correctum ex:* peragendum. b) *Praecedit nota radendo deleta.* c) *Super linea alia manu suppletum:* Berward de Viligen can^{i}. d) *Lectio incerta.* e) *Super linea nomen suppletum:* Guetel. f) *Sequentia* que fecit 53 ℔ *super loco raso scripta.* g) *Sequentem huius notae partem alia manus apposuit.*

1) Cuius anima r. i. p. 2) *Alberti II., Claudi cognominati.* 3) Peragitur ibi, sicut littera sonat. 4) *Filius Leopoldi III., ducis Austriae, ob. a. 1411, sed Iun. 3.*

psalterio; testamentarii vero d^{i} Nicolay can^{i} dicti Schêr fecerunt ex illo duas partes videlicet estivalem et hyemalem addentes duo nova psalteria, duos ympnarios et unum commune de s^{is} totum pro can^{is}.

IULIUS.

4. IV. non. Hic peragitur anniv. Iohannis Strang cum 12 β., et habent litteram cum pena capituli. Item circa festum Udalrici debet peragi anniv. Balneatoris von Schaekkchen, 12 tt. Wienn. testatus est capitulo, in cuius canonicatum successit Nicolaus Fabri Burgundus a. d. 1526 plebanusque in Gars alias filialis eius in Eghenburg.

5. III. non. Hic ob. d. Iacobus Lewman, can. h. e., a. d. etc. (14)31, habet pr^{am} cum deservito pro anniv^{io} perpetuo.

6. II. non. D. Otto can. ob.[a])

8. VIII. id. [Mag. Symon can. testatus est pr^{am} suam, que fecit 35 tt., pro quibus empta est vinea Chramer nomine in Grinczing, et anniv. debet peragi cum 3 tt. ₰., quia suus testamentarius addidit 13 tt. ₰. pro una tt. ₰. reddituum de benis emptis a Iohanne et Nicolao fr^{ibus}, dictis Stainer, a. d. 1399 dominica ante Michahelis, et vinea predicta locata est pro 2 tt. reddituum, et sic habentur 3 tt. ad peragendum anniv. illud singulariter, residuum peccunie spectat ad anniv. Weinperger.]

11. V. id. Nota: Margarethe (Iuli 12), die prediger sullen jerleich ain jartag begen an dem tag frawn Ursula Iacoben des Schonriemer brueder seliger gedechtnes hausfraw, und wen si des nicht teten, so sullen sie jerleich vervallen sein dem guster hincz Sand Stephann, der das heiltum innhabt, 1 tt. ₰.[1])

13. III. id. D. Rapoto can.

14. II. id. Item d. Iohannes de Dobrasperg ob. ibi.

20. XIII. kal. D. Albertus[2]) dux Austrie senior ob. A. d. 1494 ipso die ob. mag. Iohannes de Tropheia, licenciatus theologie.[b])

21. XII. kal. [Iacobus dec. pr^{am}.[a])]

22. XI. kal. Anniv. Seyfridi Fwchsl agitur cum 12 β. hoc die vel infra octo dies ante vel post sub certa pena.

27. VI. kal. D. Rudolfus[3]) dux et fundator n. Hic peragitur anniv. ipsius videlicet proxima dominica post Iacobi apostoli (Iuli 25) sic, quod ppos. vel mag. chori eius nomine mittit ad Scotos, ad Tewtunicos, ad S^{um} Michaelem, ad hospitale ad S^{um} Spiritum et ad quatuor ordines Mendicancium, quod veniant more solito ad hoc anniv. peragendum.

28. V. kal. Hic mortuus est mag. Albertus de Bremis, can. h. e., a. etc. (14)30. Habet pr^{am} cum deservito pro anniv^{io} etc.

30. III. kal. [Anniv. d^{i} Viti cum 11 β. ₰. de bonis in Reynprechczstorf.] Hic ob. d. Sighardus, pleb. in Mistelbach, can. h. e., a. etc. (14)33 et habet pr^{am} pro anniv^{io} etc.

AUGUSTUS.

5. non. [Ulrici Zinkonis anniv. peragatur ibi (in festo)[c]) s^{i} Oswaldi.]

8. VI. id. [A. d. etc. (13)99 d. Nicolaus dictus Schêr concan. testatus est pr^{am} suam, que fuit 34 tt. ₰., et 20 tt. ₰. de propriis pro anniv^{io}

---

a) *Super loco raso scriptum.* b) *Haec nota in margine scripta.* c) *Suppletum.*

1) Id littera sonat. 2) *Albertus II. ob. a. 1358.* 3) *Rudolfus IV. ob. a. 1365.*

perpetuo.] A. d. 1404 ob. d. Heinricus Khekh et testatus est capitulo pr^{am} suam pro anniv^{io} perpetuo. Mag. Fridricus de Drosendorff, magnus astrologus, cum sua pr. adiunctus est sibi et peragitur eorum anniv. simul.

14. XIX. kal. [Anniv. Raeschelini cum 12 β. Wienn.] Anniv. Anne etwenn des Junger hausfraw peragitur. Ibi habent litteram capituli cum pena a. 1416. Item anniv. der Peter Stranginn peragitur ibi.

15. XVIII. kal. [D. Michael can.[a]) Chunigundis Eysnerinn dedit capitulo 24 ℔ ₰. pro anniv^{io} perpetuo peragendo per idem capitulum proxima die post assumptionem Marie (Aug. 16) a. 1386] cum 3 tal. ₰., quos iam porrigit Ulr(icus) Wiersing.

16. XVII. kal. Anna Chellnhaymerinn testata est capitulo 34 ℔ pro anniv^{io} peragendo infra octavas assumptionis vel in 8 diebus ante assumpcionem (Aug. 8—22) sub certa pena.

19. XIV. kal. Illo die ob. mag. Gerhardus de Hwezzen, qui testatus est pr^{am} capitulo, et d. Georius, qui etiam testatus est suam pr^{am}, quod huic addatur de aliis bonis per eum derelictis usque ad 50 ℔ pro anniv^{io} perpetuo, sed quia uno die mortui et sequenti die uno tumulo consepulti sunt, placuit amborum testamentariis, quod simul etiam ageretur eorum anniv. 1404. A. d. 1424 in crastino assumpcionis b. Marie ob. mag. Petrus Deckinger, doctor decretorum. Testatus est pro anniv^{io} perpetuo corpus pr^{e} unius anni cum parte deservita et 20 ℔ ₰.

22. XI. kal. [Relicta Iohannis de Ybs], secundum, ut vinea locetur ad s^{um} Vitum in Hakenperg.

23. X. kal. [D. Paulus dedit 37 ℔ ₰.]

24. IX. kal. [Iohannes Raeschel 24 tal.] cum 12 β. ₰. [Item anniv. d^{i} Bartholomei, quod debet peragi in die Bartholomei apostoli de bonis in Lewbendorf.]

26. VII. kal. Chunradus de Gars. A. d. 1405 ob. mag. Stephanus et testatus est pr^{am} suam, 19 ℔ fecit, et vineam in Newnbwrga addiderunt testamentarii sui pro perpetuo anniv^{io}.

28. V. kal. [Albertus tercius dux Austrie, fr. Leupoldi, in crastino Augustini in Laxendorf ante ortum solis mortuus est a. d. 1396.]

29. IV. kal. Anniv. Chuenradi de Garsz, civ. Wyenn., peragatur secundum, instita locetur Asparen. Habet litteram capituli cum pena.

31. II. kal. Hic peragitur anniv. Ulrici Freyndorffer[b]) et filii sui Iohannis Freindorffer et parentum suorum empta vinea[c]) . . . . ., et habent litteram capituli cum pena.

SEPTEMBER.

3. III. non. Hic ob. d. Leonardus Sumerawêr, can. h. e., et testatus est capitulo pr^{am} cum deservito pro anniv^{io} a. etc. (14)32.

4. II. non. Nota: circa festum nativitatis Marie sullen die weissen pruder am Hof Micheln dem Ekcherlein von Ymendorf sêligen ainen ewigen jartag haben und begen und sullen jêrlich dem capitel ze wissen tun un sullen des Leittner kapplan um den geben, und wenn si des nicht tunt, so sullen sy dem capitel vervallen sein 12 β. ₰. pro pena a. etc. (14)17.

---

a) *Nota super loco raso scripta.* b) Ulrici Freyndorffer *super linea suppleta.* c) *Vox sequens certe legi nequit.*

7. VII. id. Hic ob. d. Werchtoldus eps. Frisingensis[1]) 1410, vide supra.[a]) Nota, quod predictus Berchtoldus de Wehing, quondam n^{e} ecclesie ppos., tandem eps. Frisingensis, mortuus in vigilia nativitatis Marie et testatus est capitulo 60 ℔. ₰. Wyenn. pro perpetuo anniv^{io} peragendo singulis annis infra octo dies ante vel post predictum festum nativitatis b. Virginis sub pena 3 ℔. ₰. dandis fr^{ibus} de monte Carmeli secundum litteram datam 1414. Item notandum: anniv. d^{i} Friderici Weynperger debet peragi dominica post Egidii (Sept. 1), quia ibi ob., in prompto 18 tal. ₰. dedit.[b])

8. VI. id. Item d. Leonardus dictus Schawer, decretorum doctor, Ratisponensis, Patav., Brixinensis ecclesiarum can., emit 2 ℔. reddituum perpetue conservandorum pro 34 ℔. Wienn., quos capitulo n^{o} Wienn. tradidit et assignavit pro Ulr(ici) Schawer p^{is} et Ottilie m^{ris} sue et omnium progenitorum suorum (anniv^{io})[c]) singulis annis peragendo et distribuantur 2 ℔. inter can^{os} et alios, qui intersunt vigiliis et missis, ut est, fieri conswetis etc., et potest peragi ante festum nativitatis vel post, si contigit. Idem vero ob. 1411[d]) . . . . . . Anniv. d^{i} Iohannis de Chronperch, olym dec^{i}, debet peragy[e]) in crastino nativitatis Marie cum 7 ℔. ₰., ut patet in registris. Hic ob. IX. die Septembris a. d. 1400.

9. V. id. Nicolai Plattner in crastino nativitatis Marie cum 12 β. ₰., quos iam porrigit Iohannes Paeler de domo sua prope Altenfleschmarkcht, peragitur cum Weinperger.

10. IV. id. A. d. 1413 decima die Septembris sub publica missa ob. mag. Hermannus, doctor medicine, qui testatus est capitulo pr^{am} suam cum parte deservita et katholicionem[c]) pro perpetuo anniv^{io} et aliquos alios libros. Idem testatus est 12 ℔. reddituum pro perpetua missa celebranda in altari s^{i} Iohannis capelle s^{e} Katherine in domo decani, et isti redditus vel missa debent expediri de domo sua et vineis dictis suis super testatis.

12. II. id. Hic ob. mag. Iohannes de Tannis, can. h. e., a. etc. (14)27. Testatus est pr^{am} unacum deservito pro anniv^{io} perpetuo etc.

14. XVIII. kal. Ob. ser^{mus} princeps, dux Albertus[2]), p. cleri felicis recordacionis, 1404. D. Iohannes can. de Newnburg ob. die illa et testatus est capitulo 10 ℔. ₰ et pr^{am} suam 32 ℔. ₰. pro perpetuo[e]) anniv^{io} peragendo cum 2½ tal. et can. primus permissus pr^{am} suam testari pro anniv^{io}.[b])

16. XVI. kal. Anniv. per d^{um} Erhardum expeditum peragitur ibi cum 3 ℔. ₰. cum pena, prout littera sonat cap^{i}.

18. XIV. kal. Chunradus de Scotis, decretorum doctor, testatus est capitulo n° 20 ℔. ₰. pro anniv^{io} perpetuo cum 10 β. ₰. sub pena.

20. XII. kal. D^{a} Elyzabeth, filia imperatoris, ux. ducis Alberti (III), ob. 1373.

21. XI. kal. Hic ob. d. Iacobus Oberndarffer, can. h. e., a. etc. (14)18 et (testatus est)[c]) unam pr^{am} cum deservito pro anniv^{io} peragendo.

22. X. kal. A. d. 1422 ob. d^{a} Dorothea relicta Nicolai Flushart, testata est pro capitulo 40 ℔. ₰., habet anniv.[3])

23. IX. kal. Hic ob. ven^{lis} vir, d. Petrus de Mauttarn, custos et can. h. e., testatus est pr^{am} cum deservito pro anniv^{io} etc. a. etc. (14)25. Anniv. mag^{i} Nicolay de Hanhartschirchen, qui testatus est capitulo pr^{am} suam, que fuit 48½ ℔. a. 1401, ipse ob. a. 1400.

---

a) *Nota haec in margine superiore suppleta est.* b) *Nota in margine sinistra apposita legi nequit.* c) *Suppletum.* d) *Sequentia certe legi nequeunt.* e) *Cod.*

